# DE SCHEMATE PINDARICO ET ALCMANICO.

## DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

UT AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE ASCENDAT UNA CUM THESIBUS

HORA XII DIEI XII M. OCT. A. MDCCCLXXVIII

PUBLICE DEFENDET

OSCARUS WILPERT
SILESIUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

JOSEPHUS STARKER, CAND. PHIL.

JOSEPHUS KOTHE, STUD. PHIL.

VRATISLAVIAE.
TYPIS R. REIDII.
1878.

# RICHARDO FOERSTERO

SACRUM

Causa proxima, cur hunc libellum scriberem, fuit haec, quod Richardus Foersterus, vir illustrissimus, professor olim Vratislaviensis, nunc Rostochiensis, in scholis suis de Pindaro habitis animos nostros in schema Pindaricum convertit. Ad quod propius cum accessissem, inveni grammaticos recentiores valde inter se dissentire, quibus legibus sch. Pind. obstrictum esset; quae res et ipsa me commovit, ut et veterum et recentiorum hominum doctorum sententias conferrem easque examinarem. Qua ex re quem fructum perceperim, docebo hoc libello. — Quod autem maxima controversia est inter viros doctos de ἦν cum nominativo plurali coniuncto, loci eius generis mihi idonei esse non videntur, e quibus leges schematis Pindarici eliciantur; itaque hos locos in priore huius libelli parte omittendos et de illo ἦν in altera parte, postquam certae schematis Pindarici leges inventae sint, quaerendum esse satius mihi visum est. — Cum hac de schemate Pindarico quaestione coniunxi alteram de schemate Alcmanico, quod illi quodammodo sit contrarium. Ut enim schemate Almanico verbum plurale pro singulari, ita schemate Pindarico verbum singulare pro plurali adhibetur. Itaque quattuor primis huius dissertationis capitibus schema Pindaricum,
capite V ἦν cum nominativo plurali coniunctum,
capite VI schema Alcmanicum
tractabo.

# I.

Schematis Pindarici naturam ut intellegamus, proficiscendum nobis est a veterum testimoniis, quorum haec sunt servata:

1. Heraclidis

a. apud Eustathium ad Od. υ, 106, pag. 1885, 58 R. ὃ δὴ ἀποῤῥαπίζει (scil. ἔαται singularem formam esse ex ἧται exortam) ὁ Ἡρακλείδης εἰπὼν οὐδέποτε τὸν Ὅμηρον ἑνικοῖς χρῆσθαι ῥήμασι ἀντὶ πληθυντικῶν, καθάπερ ἐνίοις Βοιωτῶν ἔδοξεν.

b. ibid. ad υ, 287, p. 1892, 49. Τὸ δὲ παρ' Ἡσιόδῳ τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, ἀντὶ τοῦ ἦσαν, Βοιωτῶν λέγεται γλώσσης εἶναι, οἳ ἑνικὰ ῥήματα πληθυντικοῖς ὀνόμασι συνέταττον.

2. Apollonii Dyscoli, περὶ συντάξεως p. 223,20 Bekk. Οὐ μὴν ἐκεῖνο ἄξιον παραλιπεῖν, διότι ἐπὶ μὲν ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν εὐθειῶν πληθυντικῶν προφανὲς γίνεται τὸ ἀκατάλληλον ποιουμένων σύνταξιν τὴν πρὸς τὸ ἑνικόν, εἰ φαίημεν οἱ ἄνδρες λέγει, αἱ γυναῖκες λέγει, οὐ μὴν κατ' οὐδετέραν προφοράν, κἂν τὸ αὐτὸ δηλούμενον ᾖ μόνον τοῦ χαρακτῆρος ἐνηλλαγμένου, εἰ φαίημεν τὰ γύναια λέγει, οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ ἄπορον ἐπιλύει, ὡς Βοιώτιόν ἐστιν ἔθος, ὅμοιον τῷ παρὰ Πινδάρῳ,

ἀχεῖται ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς.

3. Herodiani, περὶ σχημάτων, Villoison, anecd. gr. II, 95; Walz, rhet. gr. VIII, pag. 605. Πινδαρικὸν δὲ τὰ τοῖς πληθυντικοῖς ὀνόμασιν ἑνικὰ ῥήματα ἔχοντα ἐπιφοράν, οἷον, ἄνδρες ὑπὲρ πόλεων,[1]) καί, ἰαχεῖ βαρυφθεγκτᾶν ἀγέλαι λεόντων, καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί.

---

[1]) Sic est legendum cum Villoisono; cf. Haupt, opusc. I, 313. Walz praebet: ἐπὶ πόλεως. — Ad sch. Pind. pertinet etiam Herodiani testimonium, περὶ σολοικισμοῦ, Boisson. Anecd. III, p. 244, quod ipsum pag. 16 afferam.

4. **Lesbonactis**, περὶ σχημάτων p. 183 Valck. [Θηβαϊκόν·] ἔστι δὲ καὶ ἄλλο σχῆμα ἀπὸ Βοιωτίας, ὃ δὴ καὶ Πινδαρικὸν λέγεται, ὅτι πολλάκις αὐτῷ κέχρηται. Γίνεται δὲ οὕτως, Λακεδαιμόνιοι πολεμεῖ Ἀθηναίοις· μελιῤῥόθων δ'ἕπεται πλόκαμοι, ἀντὶ τοῦ ἕπονται. Καί, διήγεται σάρκες, ἀντὶ τοῦ διήγοντο. Ὅμηρος·

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται,

ἀντὶ τοῦ σεσήπασιν.

5. **Eustathii** comm.

a. in Δ, 438, p. 494, 23. R. Τὸ δέ, γλῶσσ' ἐμέμικτο, ἢ πληθυντικῶς νοητέον ἀντὶ τοῦ γλῶσσαι πολλαὶ μεμιγμέναι ἦσαν, ὡς τῆς αι διφθόγγου ἐκθλιβείσης, ἵνα ᾖ τὸ πλῆρες, ὅτι γλῶσσαι ἐμέμικτο, ὁποῖον ἀλλαχοῦ τό, κνῆμαι παλάσσετο, ἑνικοῦ ῥήματος ἐπαγομένου πληθυντικῷ ὀνόματι, ᾧ δὴ σχήματι πλεονάζει μάλιστα ὁ Πίνδαρος, ἢ καὶ ἄλλως λόγῳ προσηγορίας ἑνικῶς ῥητέον, γλῶσσα ἐμέμικτο.

b. in Ρ, 384, p. 1110, 51. Καὶ ὅρα . . . . ὡς ἐπήγαγε τοῖς τῶν διαφόρων γενῶν πληθυντικοῖς ὀνόμασι τὸ παλάσσετο ῥῆμα ἑνικόν. Καὶ φασὶ Πινδαρικὸν τὸ σχῆμα οἱ παλαιοί, οὐχ' ὅτι Πίνδαρος εὗρεν αὐτό, τῆς γὰρ Ὁμήρου μεταλλείας καὶ τοῦτο ἐκεῖνος ἐκέρδανεν, ἀλλ'ὅτι διαδεξάμενος καὶ ζηλώσας κατεχρήσατο. Ἔχει δ'ἀφορμὴν ἡ σύνταξις τὸ γούνατα οὐδέτερον ὡς πρὸς αὐτὸ μὲν ἀσφάλτως ἀποδοθεῖσα, ἐκεῖθεν δὲ ἀναλόγως ἀπὸ κοινοῦ συμβιβαζομένη καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ δύο γένη. Καὶ εἰσὶ μὲν καὶ ἄλλα τοιαῦτα εὐαφόρμως ἑνικὸν ῥῆμα συντάσσοντα πληθυντικοῖς ὀνόμασιν, οὐκ ὀλίγα δὲ ὅμως καὶ ἀθεράπευτα διαλέκτου νόμῳ. Τοιοῦτον καὶ παρ' Ἡσιόδῳ τό, τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἦν δ'ἐρῳδιοὶ μακροκαμπυλαύχενες· καί, ἦν δὲ νάρκαι, ἦν δὲ ζύγαιναι, τέτρακές τε σπερματολόγοι κἄγλααὶ συκαλλίδες.

c. in Ψ, 381, p. 1306, 49. Τὸ δὲ θέρμετο πρὸς τὸ μετάφρενον εἴρηται, ἴσως δὲ πρὸς τὸ ὤμω, Δωρικώτερον. Δῆλον δὲ ὅτι ὁμοῖον εἰπεῖν μετάφρενον καὶ ὦμοι ἐθερμαίνοντο ἵππων πνοῇ.

d. in α, 415, p. 1427, 9. Τὸ δὲ εἰπεῖν ὅτι τὸ ἔλθοι ταὐτόν ἐστι τῷ, ἔλθοιεν ἀγγελίαι δηλαδή τινες, Πινδάρῳ μὲν καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον δωρίζουσι φιλεῖται. Οὔκουν δὲ καὶ Ὁμήρῳ εἰ καὶ ἐν τῷ, γοῦνα καὶ κνῆμαι παλάσσετο, ἤγουν παλάσσοντο τουτέστιν ἐμολύνοντο, σχῆμα τοιοῦτον Δωρικῶς παρεμφαίνεται.

e. in τ, 337, p. 1867, 22. Τὸ δέ, χλαῖναι καὶ ῥήγεα ἤχθετο, Αἰολικὸν σχῆμα καὶ Δωρικόν. Καὶ εἰσὶ παρὰ Πινδάρῳ τοιαῦτα πολλά. Ἀττικὸς δὲ ἀνὴρ οὐκ ἂν οὕτως φράσοι, ἀλλὰ διὰ τὰς χλαίνας ἐρεῖ ἂν ἤχθοντο πληθυντικῶς.

6. Scholiorum in Pind.

a. Ol. X, 4.

τέλλεται] ἀντὶ τοῦ τέλλονται οἱ ὕμνοι· ἑνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ. Vet. (Vrat. A).

Σημείωσαι ἐνταῦθα τὸ τέλλεται· οὐδεὶς γὰρ οὔτε τῶν προγενεστέρων οὔτε τῶν ἔπειτα ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς καὶ θηλυκοῖς ὀνόμασι τῷ ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο ὥςπερ οὗτος. Ἡμεῖς δέ, εἰ καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ταυτηνὶ τὴν παρανομίαν οὗτος ἐποίει, εἴποιμεν ἂν πρὸς τὸ πιστὸν ὅρκιον ἀποδεδόσθαι τὸ τέλλεται οὕτως · οἱ μελιγάρυες ὕμνοι ἀρχαὶ καὶ προφάσεις τῶν ὑστέρων ὑπὲρ αὐτοῦ λόγων καὶ πιστὸν ὅρκιον τέλλεται ταῖς μεγάλαις αὐτοῦ ἀρεταῖς. Rec.

b. Py. X, 71. Τῷ γὰρ κεῖται ἀντὶ τοῦ κεῖνται συνήθως τῷ σχήματι κέχρηται. Gott.

c. Isth. IV, 57. Ἔνιοι δὲ καταλληλότερον γράφουσι σὺν τῷ ν ἔκνιξ' ὄπιν, ἵν' ᾖ Πινδαρικὸν σχῆμα. Οὐκ ἔκνιξαν αἱ δαπάναι οὐδὲ ὁ μόχθος αὐτῶν τετύφλωται, ἀλλὰ ὀξυδερκεῖ καὶ ἔχει καλὰ ἀποτελέσματα· ὥςτε εἶναι · οὐδὲ ὁπόσαι δαπάναι τὴν τῶν ἐλπίδων ὄπιν, τουτέστιν τὸ μέλλον ὀπίσω ἔσεσθαι, ἔκνισαν καὶ ἐλύπησαν.

Ac primum quidem nobis quaerendum est, num omnes hi loci huc pertineant. Dubitare autem non possumus, quin testimonia Herodiani, Lesbonactis, Eustathii in P, 384, schol. in Pind. Isth. IV, 57 huc sint referenda, quoniam nomen ipsum schematis Pindarici illis locis adhibetur. Ab iis non seiungenda sunt illa Heraclidis, Apollonii Dyscoli, Eustathii in Δ, 438, schol. in Pind. Ol. X, 4 et Py X, 71, ubi vel diserte de schemate quodam Pindari maxime proprio dicitur vel eiusdem schematis usus, etsi non nominatim, commemoratur. Dubitandum tamen est, num etiam Eusthatii notae in Ψ, 381, α, 415, τ, 377 huc sint vocandae. Quod autem ad α, 415 Eustathius locum quendam, quo sch. Pind. adhibitum esse ipse auctor est, comparandum affert, notam in α, 415 illis, quos antea commemoravimus, locis adiungemus. In nota ad Ψ, 381 obscurius est, utrum Eustathius sch. Pind. statui velit necne. Hic enim

verbum singulare nomini duali coniunctum Δωρικώτερον nominat. Cum autem, substantivum sive duale sive plurale verbo singulari coniungitur, res ipsa non mutetur, quod numerus dualis et ipse ad plures pertinet, etiam hoc loco sch. P. Eustathius statuere nobis videtur. Denique etiam nota ad τ, 337 huc referenda erit, quod Eustathius de usu quodam Pindari maxime proprio et a sermone Attico discrepanti loquitur. Ad hanc notam suo loco redeundum nobis est; item sententiae ipsae, quas veteres protulerunt, suis locis examinabuntur. Hic duas modo res accuratius tangamus, nomen et definitionem schematis, de quo agitur.

Grammatici recentiores schema Pindaricum illam figuram grammaticam nominant, qua subiectum plurale generis masculini vel feminini cum verbo singulari coniungitur. Eandem adhibent definitionem Apollonius et cum hoc schol. rec. in Pind. Ol. X, 4. Eustathius autem in P, 384 sch. P. ita videtur definire, ut ad nomina variorum generum pluralia inter se particulis coniuncta illud pertinere censeat. Quod autem hic certi cuiusdam loci rationem habet et alia exempla eodem loco affert, ubi nominibus femininis solis verbum singulare antecedat, illud ab Apollonio et schol. Pind. allatum non mutatur. Heraclides autem et Herodianus sch. P. ita definiunt, ut ad nomina pluralia universa spectare videatur ideoque etiam ad nomina neutrius generis. At Herodianus in iis, quae sequuntur, figuram illam neutrius generis a schemate Pindarico luculenter discernit, Heraclides de certis locis dicit ita, ut facile plane possit intellegi. Lesbonax quidem exemplum quoque neutrius generis afferens sch. P. cum neutrius generis figura confundit. Nos autem hic ad illa modo exempla animum convertemus, in quibus nomina masculini vel feminini generis et numeri pluralis (vel dualis) cum singulari verbo sunt coniuncta. Illa enim neutrius generis figura omnibus in dialectis ita est usitata, ut nihil habeat insoliti; eamque diligentissime Rudolfus Franzius dissertatione, quae inscribitur: 'De verbo apud Graecos coniuncto cum neutri generis subiecto plurali, Bonn. 1875', tractavit.

Nomen schematis, de quo agitur, est Pindaricum auctoribus Herodiano, Lesbonacte, Eustathio ad P, 384, schol. ad Pind. Isth. IV, 57 eo, quod a Pindaro maxime adhibetur.

Eadem de causa et Apollonium schema morem (ἔθος) Boeotorum et Lesbonactem σχῆμα ἀπὸ Βοιωτίας nominare deinde docebimus. Attamen aliud schematis nomen proprium nusquam invenire possumus, etiamsi recentiores grammatici nomen quoque schematis Thebaici, Aeolici, Dorici adhibent. Schematis Thebaici nomen ex Lesbonactis l. c. fluxit; at iam Valckenaerius ad h. l. animadvertit illud Θηβαϊκόν non ad haec, quae sequuntur, pertinere; excidisse aliquid post Θηβαϊκόν docere δὲ post ἔστι. Dicit etiam Lesboax: ἔστι δὲ καὶ ἄλλο σχῆμα; ἄλλο vero nullum praeberet sensum, nisi antecederet aliud schema Boeotorum proprium; neque tamen antea de ullo schemate Boeotio loquitur, sed de schemate Attico. Itaque statuendum nobis est Lesbonactem primum de schemate Thebaico, quod et ipsum Boeotium est, tum de alio schemate Boeotorum proprio, quod Pindaricum quoque nominetur, verba fecisse. — Ab Eustathio pag. 1867, 22 schema etiam Aeolicum dicitur; possit hoc nomen fortasse generale esse, cui subiunctum est schematis Pindarici nomen speciale, ita ut significetur schema apud Aeoles, quorum in numerum Boeoti sint referendi, inveniri ratione non habita, a qua Aeolum gente adhibeatur. At videtur illud nomen ex errore quodam Eustathii fluxisse, aeque ac nomen schematis Dorici, quod eodem et aliis locis Eustathius adhibet. Quae res ansam erroris huic praebuerit, tum quaeremus, cum de usu schematis, qualis in singulis Graecis dialectis fuerit, disseremus.

Iam ad rem ipsam transeamus et primum quaeramus, quibus condicionibus ac legibus verbum singulare cum nominativo plurali gen. masc. vel fem. coniungatur et quae huius usus origo sit.

## II.

Ex grammaticis veteribus unus causam schematis Pindarici quaesivit, Apollonius Dyscolus l., cuius priorem partem supra attuli. Quoniam autem Rudolfus Franzius l. c. pag. 1. sq. eius sententiam copiosius illustravit, sufficiat hic brevibus eam tangere. Quamquam recte animadvertit Apollonius difficultatem schematis non tolli eo, quod Boeotorum et maxime Pindari sit mos, tamen ei non contigit, ut inconcinnitatis schematis causam

inveniret. Inconcinnum (ἀκατάλληλον) cur sit schema et Pindaricum et generis neutrius, primum docere studet; deinde cur schematis Pindarici causa non perspiciatur, fusius exponit.

Ut afferam, quid recentiores grammatici de causa schematis Pindarici senserint, levis est opinio Dorvillii ad Charit. pag. 596 (565 Lips) a numero ad numerum auctores optimos transire consuevisse; haec enim nobis minime potest sufficere. — A plerisque causa, cur verbum singulare nomini plurali antecedat, affertur verbum singulare in initio enuntiati positum esse ratione non habita, quid et quale sequatur subiectum; indicari igitur tamquam verbo praecedenti subiectum, quod deinde demum accuratius significetur. Iidem dubitant, num verbum singulare nomini plurali succedere possit.[2]) — Astius vero ad Plat. Symp. p. 241, Phaedr. p. 370, de republ. p. 400 dicit causam hanc esse, quod substantiva saepenumero collective ponantur ita, ut multitudo, quae plurali numero exprimitur, una singulari notione comprehendi possit. Eadem videtur esse sententia Ty. Mommsenii, qui in libro suo 'Pindaros' p. 57 dicit in omnibus iis locis non mutata sententia supponi posse etiam singularem numerum.[3]) Cui consentit Erdmannus, de Pindari usu syntactico, Halis 1867, pag. 7. — Denique Rud. Franzius l. c. inter sententias controversas thesim proponit: schema Pindaricum nullam nisi studium imitandae neutrius structurae causam habere. Simile quiddam iam sensisse videtur Wolfius ad Hes. Theog. 321; at usum ipsum non ex natura generis neutrius elicit, sed ex poëtarum sermone nondum accuratae grammaticae legibus adstricto. Cuius sententiae simile est, quod Schaeferus ad Plut. vol. V, p. 142 dixit: 'sch. P. e reliquiis esse cascae Graecorum linguae, quae pluralia nominum non modo neutrius generis, sed omnium generum iungeret singularibus verbis'. At uterque opinione falsa captus est, tamquam Attici demum 'accuratae grammaticae' regulas

---

²) Cf. Matthiae, gramm. gr. ³ § 303; Hermann ad Soph. Trach. 520; Krueger, Att. S. § 63, 4. A. 4, Dial. S. § 63, A. 4; Grumme, de lectionibus Pindaricis nuper a T. Mommsenio prolatis, Bielefeld. 1866, pag. 3, adn. 1.

³) Cf. etiam Mommsenii Ann. crit. suppl. ad Pind. Ol. Berol. 1864, p. 34, quem ad locum postea redibimus.

secuti essent. Deinde schemati gen. neutr. neglegentiam quandam sermonis non subesse Franzius l. c. satis docuit. — Nulli harum sententiae prorsus consentire possumus, quamvis in iis aliquid veri inesse non sit negandum. Deinceps ad eas redeundi aliquotiens mihi locus erit.

Ut nostram sententiam exponamus, seiungendi sunt a schemate Pindarico, quod proprie sic nominatur, illi loci, quibus subiectum ex duabus notionibus particula copulativa conexis constat et verbo proximum est nomen singulare vel gen. neutr. plurale, cui verbum est accommodatum. Nihil fere miri praebet hic usus, cum verbum subiectis antecedit. Nonnunquam quidem nomen singulare verbo proximum etiam subiectum primarium est, ut

Hom. H, 386. ἠνώγει Πρίαμός τε καὶ ἄλλοι Τρῶες ἀγαυοί.

Xen. Cyri exp. V, 9, 16. ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς καὶ Ἀναξίβιος καὶ οἱ ἄλλοι.

Xen. Cyri inst. III, 3, 48. Ἧκε Χρυσάντας τε ὁ Πέρσης καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ὁμοτίμων.

Inscr. Att. (C. vol. II, p. I, 54.) περὶ ὧν λέγει Ἀστυκράτης .... καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ.

Cum hic unus modo ex compluribus, quos deinde notio ἄλλοι vel οἱ μετ' αὐτοῦ complectitur, proprie agat, est causa, cur verbum huic soli sit accommodatum. Neque aliter res se habet locis Plat. symp. p. 176 A. κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ δειπνήσαντος καὶ τῶν ἄλλων et ibid. p. 173 A. τἀπινίκια ἔθυεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. Utroque enim loco Σωκράτους vel αὐτὸς subiectum primarium esse liquet, ut etiam dici possit κατακλινέντος Σωκράτους μετὰ τῶν ἄλλων et ἔθυεν αὐτὸς μετὰ τῶν χορευτῶν. Huc etiam pertinet Act. Apost. 16, 33. ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα. — Invenitur autem singularis quoque verbi numerus, ubi complures singuli ex indefinito numero praemittuntur, ut loco Demosth. κατ' Ἀνδροτ. p. 704. Συνερεῖ τῇ βουλῇ Φίλιππος καὶ Ἀντιγένης καὶ ὁ ἀντιγραφεὺς καί τινες ἄλλοι. Hic sine dubio auctor ad singulos, quos enumeraturus est, animum convertit; itaque etiam hic numerus singularis facile intellegi potest. — Sed sunt etiam permulta exempla, quae nullam aliam videantur habere explicationem, nisi quod auctori praedicatum in singulari numero

ponenti obversatum est proximum verbo nomen singulare vel gen. neutr. plurale ratione non habita, utrum huic nomini succedant etiam alia subiecta necne. Huc referenda sunt

Pind. Ne. IV, 33. τὰ μακρὰ δ'ἐξενέπειν ἐρύκει με τεθμὸς
ὧραί τ'ἐπειγόμεναι.

Herod. VIII, 60. ὑπέκκειται τέκνα καὶ γυναῖκες,

et IV, 121. διαιτᾶτο τὰ τέκνα τε καὶ γυναῖκες πᾶσαι.

Charit. V, 9. ἠκούετο ποδῶν ψόγος καὶ κραυγαὶ γυναικῶν.

Aptissimus deinde numerus singularis est, ubi verbum inter duo subiecta sic est positum, ut ad nomen singulare vel gen. neutr. plurale id referendum esse manifestum sit, ut

Hom. N, 264. τῷ μοι δούρατά τ'ἔστι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες.

Pind. Ol. I, 95. ἵνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται
ἀκμαί τ'ἰσχύος θρασύπονοι.

Ol. XIII, 6. ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει κασίγνηταί τε.

Py. X, 5. ἀλλά με Πυθώ τε καὶ Πελινναῖον ἀπύει
'Αλεύα τε παῖδες.

Eur. Med. 253. σοὶ μὲν πόλις θ'ἥδ' ἐστὶ καὶ πατρὸς δόμο'.

Verbi subsequentis nomina, quorum prius plurali, alterum singulari est numero, potius exspectamus numerum pluralem, quod nomen plurale antecedens ad auctoris animum vim quandam exercere potuit. Attamen multa nobis exempla sermonis et pedestris et poëtici occurrunt, ubi singularis numerus adhibetur. Etiamsi in nonnullis eiusmodi exemplis nomen singulare vel gen. neutr. plurale verbo proximum subiectum primarium est, ut apud Strabonem, pag. 350 A. Ἕρνικοι καὶ ἄλλα συστήματα ὑπῆρξε, ita ut in hoc causa verbi singularis inveniri possit: tamen saepe nulla alia causa statui potest, nisi vis nominis illius proximi. Sic res se habet

Hom. Γ, 327 . . . . . . . ἧχι ἑκάστῳ
ἵπποι ἀερσίποδες καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο.

B, 339. πῇ δὴ συνθεσιαί τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμιν;

Φ, 611. ὅντινα τῶνγε πόδες καὶ γοῦνα σαώσαι.

ξ, 291. ὅθι τοῦγε δόμοι καὶ κτήματ' ἔκειτο.

τ, 337. ἤτοι ἐμοὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα
ἤχθετο.

Pind. Py. I, 17. . . . νῦν γε μὰν
ταί θ'ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ'αὐτοῦ πιέζει στέρνα λαχνάεντα.

Pind. Py. X, 41. νόσοι δ'οὔτε γῆρας οὐλόμενον κέκραται.

Herod. III, 152. ἑπτὰ δὲ μηνῶν καὶ ἐνιαυτοῦ διεληλυθότος.

Plat. de republ. 613 E. ζῶντι τῷ δικαίῳ παρὰ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ἆθλοί τε καὶ μισθοὶ καὶ δῶρα γίγνεται.

Plat. Tim. 82 C. σάρκες μὲν καὶ νεῦρα ἐξ αἵματος γίγνεται.

Diod. Sic. XX, 72. δάκρυα καὶ δεήσεις καὶ θρῆνος ἐγίνετο συμφορητός.

Quodsi hic vellemus causam in notionibus ipsis quaerere, ad interpretationem valde contortam confugiendum nobis esset. — Convertamus animum nostrum ad id, quod Eustathius ad τ, 337 dicit. Hic nominat illud χλαῖναι καὶ ῥήγεα ἤχθετο Αἰολικὸν σχῆμα καὶ Δωρικόν; apud Pindarum dicit eiusmodi multa esse exempla, Atticum autem hominem vix ita dicere, sed ἤχθοντο propter χλαῖναι. Supra pag. 6 iam conieci Eustathium his verbis schema Pindaricum significare. Alii quidem grammatici similia exempla nomine schematis Pindarici non nuncupant et Eustathius ipse in nota ad Γ 324, p. 420, 6 de huius loci figura, quae ζεῦγμα ab aliis nominatur, loquitur neque vero de schemate Pindarico. Putare autem non de schemate Pind. cogitasse illum, sed de alio schemate, quod Aeolum et Doriensium sit proprium, non rectum mihi videtur. Quod enim verbum nomini singulari vel gen. neutr. plurali proximo est accommodatum, id tam usitatum est apud Atticos, ut vix Eustathius id imprimis Aeolibus et Doriensibus tribuere potuerit; huc accedit, quod etiam aliis locis idem sch. Pind. usum Doricum nominat. Opinor potius eum l. c. minus accurate scripsisse.

Astius ad Plat. Phaedr. p. 370 dicit verbum tum modo singulari exhiberi numero, si vel plures in universum non definito numero aliquid dicant vel faciant, ut Demosth. adv. Androt. 704 (supra pag. 8); vel, si plures vel duo communiter (collective) aliquid facientes vel dicentes inducantur, ut H, 386, E, 703, Π, 844. At prior Astii lex ex falsa opinione profecta

est; neque enim illo loco indefinitus numerus causa numeri singularis est, sed id, quod auctor de subiectis singulis cogitat. Altera autem lege vix reliqua omnia exempla, quae ad priorem referri non possunt, circumscribuntur. Potius ego puto id ipsum, quod plures vel duo aliquid communiter faciant, postulare numerum pluralem; singulari enim, quae notiones subiecto continentur, disiunguntur atque singillatim menti proponuntur. Deinde cap. VI videbimus in schemate Alcmanico pluralem verbi numerum tum ipsum usurpari, cum poëta duos communiter aliquid facientes accuratius significare velit. Liceat etiam conferre

Φ, 611. ὅντινα τῶνγε πόδες καὶ γοῦνα σαώσαι

cum Ψ, 444. φθήσονται τούτοισι πόδες καὶ γοῦνα καμόντα·

deinde Her. VIII, 60 et IV, 121 (cf. p. 9)

cum B, 136. αἱ δέ που ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα
εἵατ' ἐνὶ μεγάροις ποτιδέγμενοι·

et Her. VI, 19. γυναῖκες δὲ καὶ τέκνα ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγίνοντο,

ubi tam pluralis quam singularis numerus est adhibitus, etiamsi iisdem vel similibus notionibus auctores utuntur similibus vel iisdem condicionibus.

Sunt autem etiam loci, ubi singularis verbi numerus non proximo, sed remotiore subiecto singulari vel neutr. gen. plurali efficitur, ita ut proximum verbo nomen plurale sit et schema Pindaricum videatur statuendum esse. Quorum in numerum referendi sunt loci Platonis Euthyd. p. 302 A. Ἔστι γὰρ ἔμοιγε καὶ βωμοὶ καὶ ἱερὰ οἰκεῖα καὶ πατρῷα καὶ τἄλλα ὅσαπερ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις τῶν τοιούτων· et de republ. II, p. 365 A. ἵνα δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι γίγνηται ἀπὸ τῆς δόξης ἀρχαί τε καὶ γάμοι καὶ ὅσαπερ Γλαύκων διῆλθεν ἄρτι. Priore quidem loco quamquam subiecta neutr. gen. illud βωμοὶ numero valde superant, quae causa verbi singularis esse possit, tamen, si alterum locum cum priore comparamus, illud τἄλλα ὅσαπερ κτὲ vel ὅσαπερ κτέ, quod ut subiectum generale subiecta quae praecedunt complectitur, verbum singulare effecisse nobis persuadebimus. — Aliter autem iudicandum est de Plat.

de republ. V, p. 462 C. ἔστι μέν που καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄρχοντές τε καὶ δῆμος, ἔστι δὲ καὶ ἐν αὐτῇ. Hic ἄρχοντές τε καὶ δῆμος unam tamquam notionem exprimunt rei publicae bene constitutae, in qua regentes et populus, qui regitur, ita sunt coniuncti, ut seiuncti cogitari non possint.[4]) Hoc Platoni visum esse docet ἔστι singularis numerus iterum in altera parte enuntiati usurpatus.

Exempla quoque hic commemoranda sunt, in quibus verbum nomini singulari remotiori, cui est accommodatum, succedit, ut Xen. Cyri exped. I, 10, 1. Βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διώκων εἰσπίπτει εἰς τὸ στρατόπεδον. Matthiae, gr. gr. [3] § 304 et Krueger, Att. S. § 64, 4, 2 recte adnotant hic βασιλεὺς esse subiectum primarium. Idem quodammodo loco Homeri Ψ, 381 invenimus:

. . . μετάφρενον εὐρέε τ'ὤμω
θέρμετο . . .,

ubi non modo μετάφρενον priore loco positum in mente poëtae praevalet, sed etiam ὤμω notioni μετάφρενον subiuncti sunt, quod umeri pars tergi possint cogitari. Similiter P, 386.

γούνατά τε κνῆμαί τε πόδες θ'ὑπένερθεν ἑκάστου
χεῖρές τ'ὀφθαλμοί τε παλάσσετο . . .

γούνατα verbi singularem numerum effecit. Cui rei id modo repugnat, quod vix neutrum γούνατα quattuor aliis subiectis pluralibus sequentibus quidquam ad verbum valere possit. At bene Grummius l. c. pag. 4 ann. 1: 'Cum primo, inquit, loco γούνατα positum esset, deinde et masculini et feminini generis substantiva sese exciperent, ita apud animum poëtae horum omnium quasi commune genus neutrum praevalebat, ut verbi formam singularem παλάσσετο poneret.' Infitiari quidem non possumus hanc dicendi rationem valde inusitatam esse; ad schema Pindaricum — id quod Eustathius vult — non referenda est, cuius mox docebimus prorsus aliam causam esse. — His locis addimus Plat. Tim. p. 45 A. σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε προςέφυ πᾶσιν, ubi auctor praecedenti σκέλη commotus singulari utitur verbi numero.

---

[4]) Cf. Astium ad Plat. Phaedr. p. 400.

Iam vero ad schema illud, quod proprie dicitur Pindaricum, pervenimus. Quamquam vero pauca eius exempla nobis servata sunt, tamen ex iis intellegi posse videtur, quomodo haec figura grammatica, quae iam veteribus grammaticis mira videbatur, in linguae Graecae consuetudinem venerit. Franzius l. c. optime docuit schema generis neutrius profectum esse e constructione quadam, quae κατὰ σύνεσιν dicitur, ita ut primum nomina gen. neutr., quorum forma quidem pluralis, sed singularis notio, cum verbo singulari coniungerentur. Simile quiddam etiam de schemate Pindarico statuendum esse mihi videtur. Attamen Franzio consentire non possum dicenti studium constructionis generis neutrius imitandae causam schematis Pindarici esse. Cui repugnat, quod, cum schematis Pindarici prima vestigia nobis se praebent, schema generis neutrius latissime iam patet, ut omnia gen. neutr. nomina verbum singulare sequi possit. Equidem opinor utrumque schema eadem ex causa originem ducere, ita ut etiam schematis Pindarici fons in constructione κατὰ σύνεσιν quaerendus sit. A Graeca enim lingua non alienum esse verbum singulare cum nomine plurali coniungi, cui notio insit singularis, compluribus ostenditur exemplis. Supra iam attulimus Plat. de republ. V, p. 463 E. ἔστι μέν που καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄρχοντές τε καὶ δῆμος et docuimus, quomodo hic verbum singulare sit intellegendum; constat autem hic subiectum ex compluribus nominibus, quae ad unam rei publicae bene constitutae notionem verbum singulare complectitur. — Deinde constructione, quae κατὰ σύνεσιν nominatur, explanandi quoque sunt loci Herodotei

I, 26. ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς παλαιῆς πόλιος . . . καὶ τοῦ νηοῦ ἑπτὰ στάδιοι

et VII, 34. ἔστι δὲ ἑπτὰ στάδιοι ἐξ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον. Videmus hic ἔστι coniunctum esse cum subiecto numeris definito. Herodotus autem hic, cum ἔστι scriberet, in animo habuisse videtur ὁδὸς ἑπτὰ σταδίων, ut similiter dicit II, 9. ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἐς Θήβας ἐστὶ ἀνάπλοος ἐννέα ἡμερέων. Ut hic ad viam significandam verbo singulari utitur Herodotus, ita Lucas evangelista IX, 28, ut tempus significet: ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡςεὶ ἡμέραι ὀκτώ. — Aliud dicendi

genus constructione κατὰ σύνεσιν effectum exhibet Hesiodus in Theog. 788 sq.

Ἐξ ἱεροῦ ποταμοῖο ῥέει διὰ νύκτα μέλαιναν
Ὠκεανοῖο κέρας· δεκατῇ δ' ἐπὶ μοῖρα δέδασται.
Ἐννέα μὲν περὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
δίνῃς ἀργυρέῃς εἱλιγμένος εἰς ἅλα πίπτει.

Matthiae, gr. gr. [3] § 304, 1 putat ad sensum hanc esse constructionem, quod ἐννέα (scil. μοῖραι) Oceanus ipse, qui proprie sic nominatur, sit. Cui consentit Wrobelius, de generis, numeri, casuum anacoluthia apud Graecos poëtas tragicos, Berol. 1872, pag. 31. Concedendum quidem est hanc constructionem admodum esse insuetam, id quod recte adnotat Goettlingius ad h. l. At multo difficilior est eius coniectura εἱλιγμέναι, cui plurali ut succedat πίπτει vix fieri possit; neque enim similis locus invenietur. Afferri autem possunt loci, ubi participium singulare cum nomine plurali, cui inest singularis notio, est coniunctum, ut Her. V, 115. τῶν δὲ ἐν Κύπρῳ πολίων ἀντέσχε χρόνον ἐπὶ πλεῖστον πολιορκευμένη Σόλοι, τὴν .... πέμπτῳ μηνὶ εἷλον οἱ Πέρσαι· et Pausan. VIII, 33, 2. Μυκῆναι μέν γε τοῦ πρὸς Ἰλίῳ πολέμου τοῖς Ἕλλησιν ἡγησαμένη.[5]) Est igitur illo loco Hesiodeo singularis participii numerus adhibitus eique accommodatum verbum πίπτει. — Singularem quoque verbi numerum omnes codices praebent Hes. Scut. 254 . . . ὃν δὲ πρῶτον μεμάρποιεν,
. . . . ἀμφὶ μὲν αὐτῷ
βάλλ' ὄνυχας μεγάλους.

Significantur hic αἱ Κῆρες. In singulari autem βάλλ' inest Κῆρας non omnes una, sed singulas iecisse ungues.[6]) Distributionis igitur quodammodo notio inest in singulari. Quam ad rem usus ille satis notus fortasse valuit, quod verbum non subiecto plurali, sed appositionis loco ei additae notioni distributivae, ut πᾶς, ἕκαστος, accommodatum est. Eiusmodi exempla iam Homerus praebet, ut

---

5) Cf. F. Richter, de praecipuis Graecae linguae anacoluthis specimen II. Gottingae, s. a. pag. 26.

6) Cf. Matthiae, p. 794 § 293.

Π, 264 . . . οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες
πρόσσω πᾶς πέτεται καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσι.[7])

— Ad constructionem κατὰ σύνεσιν item revocandi sunt loci quidam Thucydidei. Apud Thuc. enim II, 3 legitur: ἁμάξας τε ἄνευ τῶν ὑποζυγίων ἐς τὰς ὁδοὺς καθίστασαν, ἵν' ἀντὶ τείχους ᾖ. Minus bene Matthiae § 303 locum intellegit: pro ἁμάξας ἅρματα in animo volvisse Thucydidem eique nomini plurali gen. neutr. verbum ᾖ accommodasse. Neque enim ἅμαξαι vel ἅρματα verbo ᾖ singulari est supplendum, sed totum ennuntiatum praecedens ἁμάξας . . . καθίστασαν, ut una quaedam notio curruum positionis. Huic loco Poppo in Thuc. editionis, Lips. 1821, parte I, vol. I, pag. 93 addit V, 47. Τοῖς βοηθοῦσιν ἡ πόλις ἡ πέμπουσα παρεχέτω μέχρι τριάκοντα ἡμερῶν σῖτον, ἐπὴν ἔλθῃ ἐς τὴν πόλιν τὴν ἐπαγγείλασαν βοηθεῖν, 'ubi ἔλθῃ ponitur, quia scriptor in mente habet ἡ βοηθεία.'

Ab uno autem nominum genere profectus usus mox latius propagatus est. Constat enim linguam Graecam saepissime plurali numero significare solere, quae proprie una modo res ac notio sit, cum partes eiusdem rei cogitentur. Cuius rei exemplum mirum Franzius l. c. pag. 9 affert ex Euripide, qui de uno Cyplopis oculo ὄμματα (Cycl. 458 et 470) et κόραι (463 et 611) dicit. Quibus cum nominibus verbum singulare coniungi mirum videri non potest; complectitur quodammodo singularis verbi numerus partes, quae plurali nomine exprimuntur, in unam notionem. Ita intellegitur, cur Pind. Py. IX, 32. φόβῳ δ' οὐ κεχείμανται φρένες cum vocabulo φρένες, quod ad unius modo personae, Chironis, mentem spectat, verbum singulare sit iunctum.[8]) Similiter Eurip. Hel. 1358 sq. στολίδες est explanandum, ubi Musgravius metro iubente recte δύναται pro δύνανται restituit:

μέγα τοι δύναται νεβρῶν
παμποίκιλαι στολίδες,
κισσοῦ τε στεφθεῖσα χλόα

[7]) Alia exempla praebent Matthiae, § 302b, ann. et Krueger, Att. S. § 64, 1, 4 et Dial. Synt. § 63, 2.

[8]) Itaque non opus est emendatione Mommsenii οὐκ ἐχείμανθεν.

νάρθηκας εἰς ἱερούς,
ῥόμβου θ᾽ἑλισσομένα
κύκλιός ἔνοσις αἰθερία.

Vocem στολίδες enim hic ad unam modo vestem pertinere e sequentibus subiectis singularibus, quae ad idem praedicatum δύναται pertinent, intellegi potest; si στολίδες complures essent vestes, concinnitatis causa χλόαι et ἐνόσεις scriptum esse deberet. Eandem ob causam in h. in Cer. 279

ξανθαὶ δὲ κόμαι κατενήνοθεν ὤμους

verbum singulare adhibetur; nam κόμαι unam modo significant notionem capilli et eius quidem unius personae Cereris. Notio singularis subiecti etiam inest in fragmento, quod Lesbonax de fig. 184 Valck., affert: διήγεται σάρκες (Pind. frg. 286 Boeckh, 230 Bergk[3]); deinde in frg. adesp. trag. 153 (Nauck)

ἦλθεν δὲ λαοὶ μυρίοι πρὸς ἠόνα

et in Plat. symp. p. 188 B. καὶ γὰρ πάχναι καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι ἐκ πλεονεξίας καὶ ἀκοσμίας περὶ ἄλληλα τῶν τοιούτων γίγνεται ἐρωτικῶν.[9]) Quae enim hic usurpantur nomina collectiva, ea in plurali numero ponuntur, ut copia quaedam significetur; sed, quod haec copia in unum tamquam locum est coacervata, etiam possunt sumi pro notione singulari. Potuit quoque sensu non mutato pro σάρκες, πάχναι, χάλαζαι, ἐρυσίβαι singularis numerus adhiberi. Quamvis vero pro λαοί[10]) idem fieri non possit, tamen etiam huic nomini plurali singularis vis subest; nam primum hic cogitandum est de multitudine quadam innumerabili in unam turbam coacta; deinde conferas N, 495. Ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον, Arist. ran. 219. ὁ κραιπαλόκωμος . . . λαῶν ὄχλος, ibd. 679. τὸν πολὺν . . .

---

[9]) Quem locum Astius interpretatur: 'Pruina, glacies grando h. e. quidquid perniciosum est, nascitur ex amore intemperato, ita ut illa tria subiecta unius quasi prae se ferant notionis vim'. At vis singularis in singulis iam inest subiectis, ut etiam nos dicimus: Hagel, Eis, Reif, Fleisch.

[10]) Sumptus est hic locus ex Herodiani περὶ σολοικισμοῦ in Anecd. Boiss. III, p. 244: τὸ δὲ πληθυντικὸν τῷ ἑνικῷ συναφθὲν ἀσχημονεῖ · ἦλθεν... ἠόνα · πληθυντικῷ γὰρ ἐπιφερομένῳ τῷ λαοὶ μυρίοι ἔδει συνῆφθαι πληθυντικὸν τὸ ἦλθον, οὐχὶ ἦλθεν. De singulari igitur verbi numero constat.

λαῶν ὄχλον, ubi pluralis λαοὶ vox singulari ἔθνος vel ὄχλος continetur; tum vox λαοὶ ut unum populum significet praeter alios locos adhibetur Arist. equ. 163. τὰς στίχας ὁρᾷς τὰς τῶνδε τῶν λαῶν, ubi de Atheniensium populo est cogitandum.

In consuetudinem autem paullatim pervenit, ut cum nominibus, ubi, etsi in plurali posita, singularem haberent vim, singularis verbi numerus coniungeretur. Atque id in dies latius patere coepit ita, ut cum iisdem vel similibus nominibus verbum singulare conecteretur, ubi singularis vis non adesset. Ita intellegenda sunt verba singularia in fragmento dithyrambi (Bergk[3] 53, Boeckh 45):

τότε βάλλεται, τότ' ἐπ' ἀμβρόταν χέρσον ἐραταὶ
ἴων φόβαι, ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται,
ἀχεῖται τ' ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς,
ἀχεῖται[11]) Σεμέλαν ἑλικάμπυκα χοροί·

quorum versuum tertium etiam Apollonius Dyscolus l. c. affert. Mommsenio quidem consentiendum est in 'Pindaros' pag. 57 dicenti poëtam etiam singularem numerum usurpare posse ἴος, ὀμφή, χορὸς sensu non mutato. At propter ἴων et μελέων singularis subiecti numerus hic inconcinnus atque minus aptus videtur; vocem χοροὶ deinde consulto a poëta adhibitam opinor, quod unum modo canticum vix respondeat rerum conexui; audit potius poëta in animo iam cantica multa Semelen celebrantia. Sunt igitur vera haec nomina pluralia. Ut propius ad singulas notiones accedamus, causa, cur verbum singulare cum voce φόβαι coniungeretur, in eo fuisse videtur, quod notioni huic similis vis est ac voci κόμαι, quam verbum singulare sequi supra vidimus. Eadem de causa in fragmento a Lesbonacte allato (Boeckh 286, Bergk[3] 230) μελιῤῥόθων[12]) δ' ἕπεται πλόκαμοι dictum est. Deinde ὀμφαὶ aliis locis singularem habere notionem docetur loco Sophocleo in Oed. Col. 102. κατ' ὀμφὰς τὰς 'Απόλλωνος, qui ad unum oraculum spectat; itaque cur nostro loco singulare verbum adhibitum sit, intellegitur. A praecedenti ὀμφαὶ haud alienam notionem

---

11) Bergk cum Hermanno ἀχεῖ τ' .... ἀχεῖ τε praefert, qua re nihil schematis Pind. mutatur.

12) Bergk conicit παλιῤῥόθιον.

cum praebeat vocabulum χοροί, quod hic cantica chori significet, verbi singularis numerus satis planus videtur.

Duas igitur schematis Pindarici species iam cognovimus, quas severum et liberius schema nominare possumus, alterum in nominibus pluralibus notionis singularis, alterum in iisdem vel similibus nominibus vim singularem non habentibus. In plerisque autem quae attuli exemplis cum auctor cogitet de rebus, quarum numerus ei vel ignotus sit vel minoris momenti videatur, numerus subiecti pluralis adeo praevalere non potuit. Qua ex re liberrimum schematis Pindarici usum originem ducere existimo. Ita in fragmento ab Herodiano allato (Boeckh 265, Bergk$^3$ 244) ἰαχεῖ βαρυφθεγκτᾶν ἀγέλαι λεόντων de multis quidem, sed numero incertis gregibus leonum cogitavit poëta. Item haud mirum videtur verbum singulare in enuntiatis, quae sententiam aliquam generalem continent, inveniri, ut in illo fragmento Pindarico, quod ab Herodiano l. c. et schol. ad Aesch. Pers. 49 corruptissime traditum ab Hauptio (opusc. I, pag. 313) restitutum est:

κλῦθ', 'Αλαλὰ Πολέμου θύγατερ,
ἐγχέων προοίμιον, ἇ θύεται
ἄνδρες ὑπὲρ πολίων τὸν ἱρόθυτον θάνατον

(Boeckh 255, Bergk 56). Singularem numerum hic certum esse testimonio scholiastae ad Aesch. Pers. 49 docetur.[13]) Eandem ob causam sch. P. adhibitum videtur

Pind. Ol. VIII, 8. ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβίας ἀνδρῶν λιταί,[14]) et Py. X, 71 . . . . . ἐν ἀγαθοῖσι κεῖται

πατρώϊαι κεδναὶ πολίων κυβερνάσιες.

---

[13]) Schol. ad. Aesch. Pers. 49: κλῦθι κτέ. . . οὕτως στεῦται ἑνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ.

[14]) λιταί] sic Asclepiades legit scholiasta auctore. Bergkius et Mommsenius legunt, ut cdd. praebent, λιταῖς. Mommsenius in Ann. crit. suppl. ad Pind. Ol. p. 99 interpretatur: 'Corripitur (id est acceleratur) pietatis virorum precibus', et acutissime hanc suam interpretationem defendere studet. Sed puto nemini eum persuasurum. Unde enim notio viae, quae deest enuntiato, suppleri potest? Neque quidquam rerum praecedentium ad hunc enuntiati sensum monstrat, neque Mommsenius nobis persuadere potest in verbo ἄνεται notionem viae inesse. Si distinguit inter ᾱν et ᾰν radices illi notionem deminuendi,

Hic pluralis subiecti numerus locum suum tenet, quod ad complures pertinet homines vel urbes. — Latissime autem patet usus schematis Pindarici apud Aesch. in Pers. 49:

στεῦται δ'ἱεροῦ Τμώλου πελάται
ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι
Μάρδων, Θάρυβες, λόγχης ἄκμονες,
καὶ ἀκοντισταὶ Μυσοί,

ubi de certis clientibus, qui commemorantur, agitur. Huic loco addendum est Archimedis pag. 244 (Torelli): καὶ ἀναγέγραπται ἀπὸ πασῶν ὅμοιοι τομέες, id est: descripti sunt omnibus (scil. lineis) similes sectores (i. e. partes quaedam circuli). Notionem singularem in τομέες inesse non cogitandum est, quod re vera complures sectores inter se seiunctos lineae describunt. Sunt, qui ἀναγέγραπται pluralem formam esse dicant itemque κεχείμανται Py. XI, 32, κέκρανται Eur. Hipp. 1255, δέδοκται Eur. Bacch. 1350; cf. Westphal, griech. Formenlehre II, pag. 279, Kuehner, ausführl. gr. Gr. § 313, A. 1. Singulares autem has formas esse docet G. Curtius, Verbum II, p. 223. — Huc etiam fortasse pertinet Thuc. III, 36. καὶ προςξυνεβάλετο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες, ubi optimi et plerique cdd. singularem numerum praebent; in nonnullis quidem codicibus emendatum est προςξυνεβάλοντο, quod clare tantum codex levioris momenti Mosquensis exhibet. — Commemorandi denique et huc referendi sunt duo loci, ubi ἔστι similiter antecedit nomini duali ac στεῦται plurali: Arist. vesp. 58.

ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε κάρυ' ἐκ φόρμιδος
δούλω παραῤῥιπτοῦντε τοῖς θεωμένοις·

---

corripiendi, accelerandi, huic perficiendi vim tribuens, ei fortasse consentire possumus. At aptior mihi videtur interpretatio vulgata: 'Fit perfectio propter pietatem precibus virorum'. Multo autem simplicior videtur interpretatio, si lectionem Asclepiadis et schema Pindaricum accipimus: 'Perficiuntur pietatis gratiâ virorum preces'. Etiamsi ignoramus generali enuntiati sensu numeri ambiguitatem quandam effici, tamen schema Pind. eo quoque non potest offendere, quod λιταὶ ipsum in eorum nominum numero est, quae et singulari et plurali numero sensu fere non mutato adhibentur.

et Plat. Gorg. p. 500 D. ἔστι τούτω διττὼ τὼ βίω. In Arist. vesp. 58—63 tamen hic est enuntiatorum conexus: ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε .... δούλω ... οὐθ' Ἡρακλῆς ... οὐδ' αὖθις ... Εὐριπίδης · ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν λογίδιον .... ἔστιν γὰρ ἡμῖν δεσπότης. Videmus igitur in altera enuntiati supra allati parte singularem subiecti numerum adhibitum esse, et illis ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' respondere sequentia ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν. Utraque res ad primum ἔστι valuisse videtur.

Antequam ad novam quaestionem transeamus, commemorandum est verbum nonnunquam non cum subiecto, sed cum praedicato proximo congruere, ut Eur. frg. 577

ἀλλ' ἔστι γὰρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ
θνητοῖς ὀδυρμοὶ δακρύων τ' ἐπιῤῥοαί.

Quem locum falso Wrobelius l. c. pag. 44 schemati Pindarico attribuit. Alia exempla praebent Matthiae, gr. gr. ed. III § 305, et Krueger, Att. S. § 64, 6.

## III.

Iam pervenimus ad rem satis obscuram et a multis in dubium vocatam, cuius cardo in ea re vertitur, num nomini plurali gen. masc. vel fem. singulare verbum etiam postponi possit. Verbo anteposito nemini quidem dubium videtur quin schema Pindaricum usurpetur. De verbo autem postposito sententiae recentiorum in diversas partes abierunt. Astius et Mommsenius omnino non dubitant. Matthiae § 303, Kuehnerus § 425, 2, Hermannus ad Trach. 520, alii putant apud Dorienses quidem verbum singulare nomini postponi, apud Atticos non item. Grummius eumque secutus Erdmannus prorsus negant verbum postponi dicentes aliter explanandos esse quosdam locos.

Atqui inter grammaticos veteres Apollonius Dyscolus, Lesbonax, Eustathius, Schol. ad Pind. minime dubitant, cum nomen verbo praecedat, schema Pind. statuere. Quamquam enim illud Lesbonactis: Λακεδαιμόνιοι πολεμεῖ Ἀθηναίοις specimen modo figurae Pind. fictum iam Boekhio ad frg. 265 visum est, et quae Apollonius affert: οἱ ἄνδρες λέγει, αἱ γυναῖκες λέγει, item ficta sunt ad schematis Pind. rationem demon-

strandam: tamen ex iis exemplis colligendum est nos et ipsos dubitare non debere, quin verbum singulare etiam plurali nomini postpositum sit. Quaeritur autem, num omnes quas supra attulimus schematis Pind. species verbum singulare nomini pluralis succedere patiantur. Constat sane ita, ut negari non possit, verbum nomini proximo singulari accommodatum postponi. Idem statuendum est de illis exemplis, in quibus nomen singulare remotius in verbum vim exercet. At haec non ad sch. P. usum pertinent, cuius supra tres species statuimus. Nihil autem est, cur verbum singulare nomini plurali, cui notio singularis inest, non possit succedere, dummodo constructio κατὰ σύνεσιν locum habeat. Vidimus enim cum in Hes. Theog. 790 sq., Scut. 254, Her. V, 115, Paus. VIII, 33, 2, tum in h. in Cer. 279, Plat. Symp. 188 B. in subiecto notionem quandum singularem inesse atque codices singularem praedicati numerum praebere. His certis exemplis satis mihi videtur probari in severo schemate Pind. verbum nomini postponi posse. Neque vero in aliis sch. Pind. generibus eandem rem docere possumus; immo videtur, cum usus verbi singularis latius se funderet, in consuetudinem venisse, ut verbum praemitteretur nomini, quasi ratio non haberetur subsequentis subiecti. Qua re nonnulli grammatici adducti sunt, ut existimarent praemissum verbum, quod adnuntiaret modo subiectum, causam numeri singularis esse. Hanc non veram schematis causam esse iam ex iis quae supra dixi colligi potest; nam in plerisque exemplis aliam causam statuere possumus, atque causa in subiecto paucis modo locis schematis liberrimi non invenitur, ubi usus schematis Pind. tam late patet, ut sine ulla sententiae differentia omnia nomina gen. masc. vel fem. pluralia singulari verbo coniungantur. In schemate liberiore et liberrimo cur verbum nomini non succedat, quamvis hoc in figura gen. neutr. fiat, causam aliam non possumus afferre nisi usum linguae Graecae, qui sibi ipse fines definivit.

Propius autem accedendum est nobis ad illos locos, ubi nonnulli quidam contendunt singulare verbum succedere nomini plurali. — Ac primum quidem in Homeri carminibus Eustathius quinquies sch. P. statuere vult verbo postposito. At τ, 337 supra (pag. 10) iam diximus eum errore quodam

obstringi se passum esse. Item P, 386 et Ψ, 381 schemati Pind. proprio non sunt subiungenda, quod verbum non proximo nomini, sed remotiori μετάφρενον vel γούνατα est accommodatum. Deinde Δ, 438 ἀλλὰ γλῶσσ' ἐμέμικτο nihil obstat, quominus α post γλῶσσ' elisum esse putemus; et Eustathius ipse dubitat, utrum αι elisum sit an α. Denique α, 144

οὔτ' οὖν ἀγγελίης ἔτι πείθομαι, εἴ ποθεν ἔλθοι

aliter ac Eustathius vult interpretari possumus. Ad ἔλθοι enim subiectum non supplendum est ἀγγελίαι, sed πατήρ, quod εἴ ποθεν ἔλθοι semper dicitur de Ulixis reditu, ut β, 251, φ, 195; cf. Ameis ad h. l. in app. Etiamsi autem cum Hentzio sumere possumus ἀγγελία singulare ex plurali ἀγγελίης supplendum esse, tamen illa interpretatio mihi aptior videtur.

Apud Homeri asseclas sch. P. inveniri dicitur in h. in Venerem 90:

ὅρμοι δ' ἀμφ' ἁπαλῇ δειρῇ περικαλλέες ἦσαν
καλοί, χρύσειοι, παμποίκιλοι · ὡς δὲ σελήνη
στήθεσιν ἀμφ' ἁπαλοῖσι ἐλάμπετο, θαῦμα ἰδέσθαι.

Matthiae ad h. l. putat causam structurae dedisse additum σελήνη; at subiectum, quod ad ἐλάμπετο est supplendum, non est ὅρμοι, sed Ἀφροδίτη, cuius pulchritudo describitur; quod idem sensit Baumeisterus ad h. l. — In h. in Cererem 495 vulgo legitur:

Ἀλλ' ἄγ' Ἐλευσῖνος θυοέσσης δῆμον ἔχουσαι
καὶ Πάρον ἀμφιρύτην, Ἀντρῶνά τε πετρήεντα,
πότνια, ἀγλαόδωρ', ὡρηφόρε, Δηοῖ ἄνασσα,
αὐτὴ καὶ κούρη περικαλλὴς Περσεφόνεια,
πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θύμερ' ὄπαζε.
Αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς.

Ruhnkenius 499 πρόφρων legere mavult et 495 ἔχουσα, versum autem 498 in parenthesi accipit, ut omnia ad unam Cererem referantur. Neque vero mirum est, cur poëta in fine carminis matrem et filiam una invocet, quae in cultu quoque et mysteriis celebrandis coniungantur. Itaque cum Vossio et Baumeistero ὀπάζειν scribere malumus, quod in finem versus facilius corruptela irrepere potuit, infinitivus autem, qui dicitur pro imperativo, etiam ad complures spectat, ut

Hom. A, 20. παῖδα δ'ἐμοὶ λῦσαί τε φίλην τά τ' ἄποινα δέχεσθαι.
B, 75. ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλοι ἐρητύειν ἐπέεσσιν.

σεῖο in v. 500, quod Ruhnkenii lectionem probare videtur, Baumeisteri auctoritatem secuti non mirum inveniemus, cum antea utramque deam invocaverit poëta, in clausula deinde solemni ad Cererem redeat, cui totum carmen dedicatum sit. Similiter etiam sub finem poëta ad deam redit, quae proprie toto carmine celebratur, in h. in Dianam 7:

Καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε θεαί θ'ἅμα πᾶσαι ἀοιδῇ·
αὐτὰρ ἐγώ σε πρῶτα καὶ ἐκ σέθεν ἄρχομ' ἀείδειν,
σεῦ δ'εγὼ ἀρξάμενος μεταβήσομαι ἄλλον ἐς ὕμνον.

Eadem autem clausula

αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς

saepissime in fine hymnorum invenitur; cf. editionis Baumeisteri hymnos II, III, VII, X, XIX, XXVIII, XXX. Nisi codices nostro loco σεῖο plane praeberent, multo aptior quidem esset clausula, quam h. XXV, XXVII, XXIX, XXXIII adhibent:

αὐτὰρ ἐγὼν ὑμέων τε καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς.

Haud scio an nostro loco ἐγὼν ὑμέων τε restituendum sit.

Apollonius Rhodius duobus locis ᾔδειν (vel ἠείδειν) cum nomine plurali coniungit, quorum alter verbum nomini postpositum praebet:

Argon. II, 65 . . . . . οὐδέ τι ᾔδειν
νήπιοι ὕστατα κεῖνα

et IV, 1699 αὐτοὶ δ' . . .
ἠειδείν οὐδ' ὅσσον.

Schol. in II, 65 [15]), quod Keilius in ed. Merkelii p. 300 non antiquioris memoriae fidem sibi vindicare putat, ᾔδειν sine dubio singularem esse formam ducit; at et ᾔδειν et ἠείδειν sunt plurales formae (de quibus conferatur Curtius, Verb. II, 239 et Kuehner, gr. gr. § 321, 6) simili modo exortae ut ἦν, de quo cap. V disseremus, et ἀρήρειν, Apoll. Arg. IV, 947.

---

15) Τὸ δὲ ᾔδειν ἀντὶ τοῦ πληθυντικοῦ κεῖται τοῦ ᾔδεισαν, ὡς καὶ τό, τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί.

In carminibus Hesiodeis Goettlingius in Scut. 113 codicum nonnullorum auctoritatem secutus sch. P. adhibere tentat legens:

οἵ δή σφι σφεδὸν εἶσι.

Sed loci sensus non postulat εἶσι, neque est, cur εἰσι reprehendamus a recentissimis edd. receptum. — Deinde in Scut. 245 corruptissimus est locus, cuius emendatio propter incertissimam codicum lectionem difficillima est. Goettlingius praebet:

ἄνδρες δ', οἳ πρεςβῆες ἔσαν, γήρᾳ τ' ἐμέμαρπτο,

refert igitur singularem numerum ἐμέμαρπτο ad pluralem οἵ. At numeri mutatio ἔσαν . . . ἐμέμαρπτο offensionem praebet; itaque conicimus verbum illud numero plurale esse debere, si quidem ad οἵ verbum referendum est. Qua ex re recta mihi videtur emendatio pendere, atque huic proxima esse Lennepii coniectura: γῆράς τε μέμαρπον.

Ex Pseudo-Manethone a Dorvillio ad Char. p. 750 (659 Lips.) duo afferuntur exempla, in quibus sch. P. usurpatum esse dicitur, Apotelesm. IV, 333 et IV, 354. IV, 354 enim cdd. praebent:

Ἑρμείου δ' ἀκτῖνες ἐπὴν Κρόνον ἀκροβολῶσιν
Ἄρεα τ' ἐγρεκύδοιμον ἐπὴν ἐφορῶσ' ἐπὶ τούτῳ
ἠὲ Διωναίης Κύπριδος θοὸν ἄστερα βάλλῃ.

Quo loco Dorvillius commotus est, ut IV, 333 sic emendaret:

Μαρμαρυγῇ δ' ἀκτῖνες ὅταν σελατηφόρου Ἑρμοῦ
ἀμφὶ σεληναίῃ σκολιὸν λαβύρινθον ὀρίνῃ.

Concedendum quidem est utroque loco ad unam modo stellam Mercurii ἀκτῖνες spectare ita, ut sch. P. etiam verbo postposito adhiberi potuerit. Vide autem, quam male IV, 354 subiecto plurali ἀκτῖνες primum duo verba pluralia, deinde verbum singulare succedat. Itaque praeferemus emendationem Köchlii: ὃς δὲ Διωναίης, qua sch. P. prorsus tollitur. Item IV, 333 Köchlii lectio multo dilucidior mihi videtur, praesertim cum haud multum a codicum lectione recedat:

Μαρμαρυγὴν δ' ἀκτῖνος ὅτ' ἂν σελαήφορος Ἑρμῆς
ἀμφὶ Σεληναίης σκολιὸν λαβύρινθον ὀρίνῃ.

Codex σελαήφορος Ἑρμῆς clare praebet; quam lectionem Dorvillius mutavit et pro ἀκτῖνος, quod vulgo legebatur, ἀκτῖνες

scripsit. Ad multas igitur et difficiles emendationes ei confugiendum erat.

In Pindari Ol. XIV, 13 cdd. plerique παῖδες, ἐπάκοοι νῦν praebent. Quod vero metro syllaba deest, loci emendatione opus est. Itaque Boeckhius legit: παῖδες, ἐπάκοος γένευ, quam lectionem eo fulcire studet, quod in allocutionibus singularis et pluralis consocietur; at id non huc pertineri demontrari potest.

Priscianus enim XVIII, p. 1178 P. 304 H. affert εἰπέ μοι Atticos etiam ad multos dicere. Haec res probari videtur compluribus locis, ut

Plat. Prot. 311 D. Εἰπέ μοι, ὦ Σωκρατές τε καὶ Ἱππόκρατες.
Plat. Euthyd. 283 B. Εἰπέ μοι, ὦ Σωκρατές τε καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι·
Arist. Acharn. 318. Εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται·
Arist. Pac. 383. Εἰπέ μοι, τί πάσχετ', ὦνδρες·
Demosth. de Chers. p. 108, 74. Εἰπέ μοι, βουλεύεσθε·
Dem. Phil. I, p. 43, 10. ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιιόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι [16]).

At omnibus his locis, qui dicit, etiamsi complures alloquitur, tamen unum modo sibi responsurum esse sperans singulari imperativi forma utitur; itaque hi loci ad sch. P. non referendi sunt. Huc accedit, quod Plat. Prot. 311 D. et Euthyd. 283 B. non ad Socratem et alios vel Hippocratem tamquam unam personam sermo spectat, quae est Astii ad Plat. Phaedr. 371 opinio, sed primum ad Socratem solum, deinde etiam ad alios, ita ut εἰπέ μοι proximo nomini sit accommodatum et nihil miri praebeat.

Itaque Pind. Ol. XIV, 13 malumus emendationem Mommsenii: ἐπακοοῖτε νῦν, vel Bergkii: ἐπακοοῖτέ νυν accipere, quae haud multum a codicum lectione distat. — Codicum lectio tenenda est Ol. II, 87:

. . . . μαθόντες δὲ λάβροι
παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον,

16) Cf. Kuehner, ausf. gr. Gr. § 430, 2, α.

ubi Mommsenius praeter necessitatem γαρύεται scribit. Quem ad locum idem, Ann. crit. supp. pag. 34, 'Sch. Pind., inquit, non facile removebitur. Quod Attici postea artioribus limitibus circumscripserunt ita ut neutrius generis substantiva collectivo intellectu cum singulari verbi copulari deberent, id olim paullulum fluctuasse videtur, ut etiam apud plurales collectivos generis non neutrius admitteretur. Ita μαθόντες sunt genus sciolorum, ut Ol. X, 6 ὕμνοι sunt genus totum canticorum, quorum numerum indefinitum quasi in unum coarcet insequens verbum τέλλεται, ut hoc loco infinitam sciolorum turbam verbum γαρύεται.' At Ol. X, 6, quem locum ut suam fulciat coniecturam affert Mommsenius, non de toto hymnorum genere, sed de uno tantum hymno ad certam rem spectanti est cogitandum. Ol. X, 6 enim sic legitur:

εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσοι, μελιγάρυες ὕμνοι
ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων
τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

Quo de loco Astius ad Plat. Phaedr. 263 (comm. pag. 370) dicit ὕμνοι collective positum esse, ut et nos quoque 'Lieder' ita adhibere, ut unum modo cantum, etiamsi eiusdem varias species significemus. Codex quidem optimus Ambrosianus (A Mommsenii) saec. XII hic ἀρχὰ praebet; quam lectionem si tenemus, verbum singulare ita potest explanari, ut τέλλεται accommodatum sit praedicato proximo singulari ἀρχά, qua re sch. P. tollitur. Etiamsi autem hic auctoritatem cod. Ambr. non sequimur et cum plerisque atque non pessimis codicibus ἀρχαὶ adhibemus, τέλλεται offensionem praebere non potest. ὕμνοι enim hic singularem notionem habere voce sequenti ὅρκιον mihi videtur doceri. Deinde ἀρχαὶ vox et ipsa singularem prae se fert vim, quod complura initia omnino non possunt cogitari, quoniam una eademque res tantum semel incipere potest. Videmus igitur prorsus aliam causam hic verbo singulari subesse. Itaque etiam Ol. II, 87 γαρύεται vix probari potest. Sane hic de toto sciolorum genere eo cogitandum est, quod enuntiatum universum habet sensum; at quaeritur, num haec verbi singularis causa hic esse possit. Alio enim loco similis verbi singularis nomini postpositi usus non potest demonstrari; nam quibus aliis locis verbum nomini succedat, ubique notio singularis

nominis tum minus tum magis est manifesta. Quam ob rem γαρύετον, quod idem omnes codices nullo excepto praebent, tenendum est. Dualis sane hic quodammodo offendere potest; sed minus mirus videbitur, si sumimus poëtam de duobus corvis, qui aquilam loquacitate vexent, cogitasse. De duobus cur cogitaverit corvis, eo est explanandum, quod poëta alacriori pro animo imaginem quam maxime expressam sibi proposuit. Haud scio an certa quaedam fabula, in qua duo corvi inducantur, ob poëtae mentem versata sit[17]. — Quomodo verbum singulare intellegendum sit Pind. Isth. IV, 57, grammatici recentiores valde dissentiunt. Mommsenius legit:

οὔτοι τετύφλωται μακρὸς
μόχθος ἀνδρῶν· οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
ἐλπίδων ἔκνισ' ὄπιν·

et scholiorum interpretationem secutus sic locum interpretatur: 'Non involutus est caecis tenebris diutinus labor virorum, non est, quamvis maximi sumptus futurae victoriae curam molestia affecissent (acuissent).' Alii commate distinguunt partim, ut Dissen et Bergk[3], post ἐλπίδων, partim, ut Scheidewin, ed. II. Teubn., post δαπάναι et ad ἔκνισ' nomen singulare ex δαπάναι supplent. Quorum emendationem quamquam comparare possumus cum Hes. 254, tamen propter ellipsim verbi ad δαπάναι pertinentis non accipiemus, praesertim cum schemate Pindarico multo facilius singulare verbum possit explanari. Sensu enim non mutato poëta etiam singularem δαπάνη adhibere potuit, ut et nos promiscue 'viele Mühe' et 'viele Mühen' dicimus. Singuli autem sumptus ad unum finem spectantes in unum quasi sumptum ita coniuncti poëta visi sunt, ut verbum singulare adhibuerit. ἐλπίδων in medio positum et ad δαπάναι et ad ὄπιν pertinet.

Praeter haec quae commemoravimus exempla duo afferuntur, in quibus sch. Pind. postposito verbo usurpatum esse dicitur. Hipponactis enim frg. 41 Welcker, 29 Bergk[3] legitur:

---

17) Simonidem et Bacchylidem scholia dicunt illis verbis significari. Neque vero quidquam nobis notum est Pindarum in hos poëtas, etsi eius aemulos, tam iratum fuisse, ut ad hanc irrisionem ferretur.

Δύ' ἡμέραι γυναικός ἐστιν ἥδισται, ὅταν
γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Quod vero poëtae hic magni interest duali numero, qui et ipse pluralis est, quandam vim tribuere, cum Gaisfordio melius εἰσιν scribemus.[18]) — Denique Heusingerus Xen. Cyr. inst. IV, 5, 4 prava cupidine sch. P. adhibendi commotus οἱ ἱππεῖς αὐτοῖς εἶχε pro εἶχον, quod optimi codices praebent, scripsit. At ex iis quae dixi satis constat tantum pluralem hic adhiberi posse.

## IV.

Postquam igitur, quibus condicionibus sch. P. adhibitum sit, exposuimus, quaeritur, quomodo hoc schemate singuli auctores inde ab antiquissimis temporibus usi sint. Vix enim fidem habebimus scholiastae recentiori ad Pind. Ol. X, 4, qui nimia Pindari admiratione commotus dicit neminem neque maiorum neque posteriorum hoc schemate usum esse praeter Pindarum. In tractando autem veterum singulorum usu optime dialecti regulam sequimur, ita ut primum de Ionicae dialecti poëtarum, inprimis Homeri, usu, deinde de usu dialecti Aeolicae et Doricae, denique de Atticorum et poëtarum et prosaicorum usu disseramus.

Leges quas statuimus quominus in omnibus dialectis valeant, nihil obstare ex re ipsa elucet, quod non ex dialecto aliqua, sed ex linguae natura atque indole proficiscuntur, vel, ut aliter dicam, quod constructio κατὰ σύνεσιν subest. Attamen inter fines, ad quos singulae dialecti in hoc usu progressae sunt, discrimina esse videntur.

Ionica dialectus, qua vetustissimi poëtae utuntur, aptissime prima tractatur. Eustathio auctore ad P, 384 Pindaricum veteres schema nominant, non quod Pindarus id invenit, sed quod schemate ab Homero accepto magno cum studio (ζηλώσας) usus est. Opinatur igitur Eustathius Homerum hoc schema invenisse. At eiusmodi res nova vix ab uno quodam homine invenitur, sed paullatim in sermonis consuetu-

[18]) Cf. Dissen ad Pind. Ol. X, 6, p. 124.

dinem pervenit. Deinde quinque exempla Homerica schematis Pind. quae statuere vult Eustathius, iam p. 21 negavimus huc pertinere. — Neque vero Heraclidi astipulari possumus dicenti apud Eustathium ad υ, 106 Homerum nunquam singularibus usum esse pro pluralibus verbis; constat enim et P, 284 et Ψ, 381 verbum singulare pro plurali adhibitum esse, quamvis schematis Pindarici leges statui non possint. — Inter reliquos poëtas epicos tantum auctorem hymni in Cererem et Hesiodum verbum singulare pro plurali usurpare vidimus, illum uno loco, hunc duobus. In h. in Cer. 279 κόμαι cum singulari verbo conexum esse pag. 16 exposuimus constructione κατὰ σύνεσιν, ex qua sch. P. profectum est. Apud Hesiodum autem in Theog. 790 et Scut. 250 duo constructiones κατὰ σύνεσιν et ipsae exstant, sed interest inter eas et sch. P. — Videntur igitur hac in poesi vetustiore schematis Pind. nondum prorsus exculti prima tantum vestigia inveniri. Itaque non recte dixisse censendus est Ruhnkenius ad h. in Cer. 499: 'a reliquiis cascae Graecae linguae sch. P. esse.'

Ab Eustathio ad τ, 337 schema, de quo agitur, Αἰολικὸν σχῆμα καὶ Δωρικὸν nominatur. Atqui, quod ex poëtarum Aeolicorum fragmentis nullum exemplum schematis Pind. afferri potest, et Eustathius solus uno tantum loco sch. Aeolicum commemorat, putandum est hoc nomen ab Eustathio generaliter adhibitum esse, quod Boeoti ipsi ad Aeoles referuntur. Boeotorum autem morem esse schema, quod Pindaricum nominatur, a veteribus grammaticis planis verbis docetur; cf. Apoll. Dysc. et Lesbon. ll. cc. Atqui inter poëtas et scriptores Boeotios tantum apud Pindarum illud schema invenitur; in reliquiis linguae Boeoticae ipsis nullum ad nos pervenit schematis vestigium. Qua re valde in dubium vocatur, num schema Boeotorum proprium fuerit. Augetur autem haec dubitatio testimoniis Heraclidis apud Eust. ad υ, 106 et 287. Ad υ, 106 enim dicit: καθάπερ ἐνίοις Βοιωτῶν ἔδοξεν, id est: ut nonnullis Boeotorum visum est scil. verbum singulare pro plurali adhiberi; quo ex loco colligi potest non omnes, sed nonnullos modo Boeotos schemate Pindarico usos esse. Ad υ, 287 deinde adnotat: Βοιωτῶν λέγεται γλώσσης

εἶναι scil. σχῆμα; videtur igitur ei res non prorsus plana esse, itaque cautius λέγεται vocem adhibet. Haec Heraclidis testimonia, quae veterrima nobis servata sunt. omitti non debent. Itaque opinor schema Boeotorum esse veteres grammaticos tantum ex usu Pindari collegisse.

Atque eo, quod Pindari dialectus maximam partem[19]) Dorica est, Eustathius videtur adductus esse, ut sch. Δωρικὸν l. c. nominaret, similiter ad Ψ, 381 Δωρικώτερον et ad α, 415 Δορικῶς adhiberet, deinde ad α, 415 etiam diceret maxime a Pindaro et τοῖς κατ' ἐκεῖνον δωρίζουσι schema usurpari. Huc accedit, quod Eustathius putet formam ἦν Epicharmeam cum plurali coniunctam (cf. ad P, 384) singularis esse numeri. In illis quidem fragmentis, quae ex Pindari aemulorum (τῶν κατ' ἐκεῖνον δωριζόντων) operibus ad nos pervenerunt, nullum nobis exstat exemplum schematis Pind., ut certi quidquam non possit statui. Deinde Epicharmi exempla, quae Eustathius ad P, 384 affert, non huc pertinere cap. V docebimus; ἦν enim non singularis, sed pluralis forma est. Denique ex aliis grammaticis ne unus quidem commemorat schema Doriensibus usitatum esse. Quibus ex omnibus rebus sequitur Eustathium errore modo commotum schema Δωρικὸν nominasse. Itaque etiam recentiorum diluitur grammaticorum opinio, qui dicunt schema maxime Doriensibus usitatum esse; cf. Hermannum ad Soph. Trach. 520, Matthiae [3] § 303; Fischerum ad Weller. III, a p. 345. Quodsi hi ad opinionem suam stabiliendam etiam afferunt apud Atticos plerumque in canticis adhiberi sch. P., perpauca modo ex choricis canticis exempla nobis nota sunt; sunt enim tantum Aesch. Pers. 50, Eur. Hel. 1358, quibus addendum est Soph. Trach. 520; praeterea fortasse Eur. Phoen. 349 ex cantico ἀπὸ σκηνῆς sumptum, in quo formae Doricae inveniuntur. Alia autem exempla Attica non ex choro sumpta deinceps congeremus. Parum igitur recte recentiores statuere maxime Doriensium schema Pindaricum proprium esse apparet. Prorsus tamen negare sch. P. in dialecto Dorica inveniri non est opus; quidni haec dialectus schema adhibuerit, quod ex

[19]) Cf. Eustathii comm. Pind. praef. § 8; p. 54, 93 (Tafel) Καὶ μὴν εἰ καὶ δωρίζει, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ αἰολίζει. et § 21, p. 56, 98.

linguae natura proficiscitur? Unum autem exemplum Doricum modo superest loco Archimedis, quo liberrime verbum singulare usurpatum esse supra docuimus. Miri quiddam quin hic locus habeat, infitiandum non est.

Hic locus est quaerere, quomodo ille poëta ipse, a quo schema nomen ducit, eo usus sit. Constat hunc saepissime schema adhibuisse, quinquies enim in epiniciis servatis Ol. VIII, 8, X, 4; Py X, 71, IX, 32; Isth. IV, 57, septies in fragmentis, quorum duo Lesbonax affert (frg. 286 Boeckh, 230 Bergk), unum Herodianus (frg. 265 Bckh., 224 Bgk.); ad quae accedunt frg. 45 Bckh., 53 Bgk. tria exempla et frg. ab Hauptio l. c. restitutum (frg. 16 Bgk). Usus schematis latissime iam patet apud Pindarum ita, ut Py. IX, 32 et frg. 230 Bergk (v. pag. 26) verbo praemisso, postposito verbo Ol. X, 4 et Isth. IV, 57 schema severum, liberrimum autem frg. 16 et 224 Bergk statui possit. Sed fines quosdam etiam eo Pindarus sibi constituisse videtur, quod exceptis locis, ubi notio singularis subiecti planissima est, ut Py IX, 32, subiecti numerus omnibus locis allatis quoddammodo indefinitus est, cum vel de rebus cogitetur, quarum certus numerus poëtae ignotus, ut in frg. 239, frg. 16, Isth. IV, 57, vel minoris sit momenti, ut in frg. 53 tribus exemplis, vel sensus generalis enuntiato subsit, ut et plurali et singulari possit exprimi, ut Ol. VIII, 8 et X, 71. Pluralis igitur numerus subiecti minorem vim ad verbi numerum exercet. — Tentatum quidem est aliis quam allatis locis schema Pind. statuere. De Ol. II, 87, ubi Mommsenius γαρύεται pro γαρύετον scribere vult, iam pag. 25, diximus itemque de Ol. XIV, 15. Etiam Py. IV, 246 Mommsenius legit τέλεσεν ἂν (id est navem) πλαγαὶ σιδάρου pro τέλεσαν. Pluralis τέλεσαν autem, quem omnes cdd. praebent, aptior mihi videtur; neque enim scio, quomodo hic in πλαγαὶ σιδάρου notio singularis aliqua reperiri possit. Immo opinor in plurali ipso vim aliquam esse praecipuam, quod repetiti ferri ictus navem perfecerint.

Quaeritur autem, qua de causa Pindarus saepissime schemate usus sit. Ad causam inveniendam viam nobis Dionysius Halicarnassensis, de comp. verb. pag. 176, monstrat, qui de austera compositione, qua Pindarus et ipse utitur, Καὶ

,ὅτε πάρισα, inquit, βούλεται τὰ κῶλα ἀλλήλοις εἶναι, οὔτε παρόμοια, οὔτε ἀναγκαίᾳ δουλεύοντα ἀκολουθίᾳ, ἀλλ' εὐγενῆ καὶ ἁπλᾶ καὶ ἐλεύθερα · φύσει τ' ἐοικέναι μᾶλλον αὐτὰ βούλεται. Atque naturaene aptius, etsi grammaticis legibus non respondens, nomen plurale, cui notio singularis insit, etiam cum verbo singulari conectere? Qua re forma quidem et nominis et verbi neglegitur, quo quae magis valet notio clariore in luce collocetur. Et eiusdem notionis vis augetur a Pindaro liberius verbum singulare pro plurali adhibente.

In Attica dialecto ab Aeschylo, Thucydide, Aristophane (neque non a Sophocle, ut cap. V demonstrabo) singulis[20]) modo locis sch. P. adhibitum est, sed saepius ab Euripide et Platone, quam ob rem hi, ut diligentius tractentur, nos monent.

Ex Euripidis operibus supra iam Hel. 1358 attuli, cui in cap. V adiungam Ion. 1146. Utroque loco sch. severum adhibitum esse et docui et docebo. Sunt autem etiam alii loci, ubi a nonnullis sch. P. statuatur, de quibus hic disserendum est. Eur. Phoen. 349 legitur:

ἐσιγάθη σᾶς ἔσοδοι νύμφας.

Numerus verbi singularis vix offendere potest, quod de uno modo introitu dicitur; at num ἔσοδοι ita singularis notionis instar usurpetur, valde dubium est. Itaque cum optimis codicibus ἔσοδος praeferendum erit. — Similiter Eur. Hipp. 1255

κέκρανται συμφοραὶ νεῶν κακῶν

συμφορὰ legendum erit cum Elmsleyo; κέκρανται singularem, non pluralem esse formam pag. 19 iam commemoravimus; causa autem pluralis συμφοραὶ non liquet. — Ad Eur. Bacch. 1350

δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί

Elmsleyus supplendum esse μένουσιν ἡμᾶς aut aliquid eiusmodi putat. Kuehnerus, gr. gr. § 415, a. 1, ita interpretatur, ut δέδοκται significet: 'decretum est', cui φυγαὶ sit additum, ut illud decretum accuratius definiat. Qua in interpretatione πάθος quidem, quod Graeci nominant, inest. At Soph. Ant. 1234 πατρὸς φυγαῖσι si conferimus, ubi idem pluralis φυγαὶ ad unius modo fugam significandam adhibetur, facile adduci-

[20]) Aesch. Pers. 50; Thuc. III. 36; Arist. vesp. 58; Soph. Trach. 520.

mur, ut putemus Euripidem l. c. δέδοκται subiecti sensui accommodasse. — Πάθος autem dialogi recte augetur, si Eur. Hec. 1000 lectionem Hermanni (cf. eiusd. ed. p. 111) praeferimus:

'ΕΚ. ἔστ', ὦ φιληθεὶς ὡς σὺ νῦν ἐμοὶ φιλεῖ,
ΠΟΛ. τί χρῆμ', ὃ κἀμὲ καὶ τέκν' εἰδέναι χρεώ;
'ΕΚ. χρυσοῦ παλαιαὶ Πριαμιδῶν κατώρυχες.

Legebatur vulgo ἔστω φιληθεὶς κτέ. Sed ἔστ', ὦ praeferendum esse docere mihi videtur Polymestoris interrogatio. Sensus enim loci hic est: Hecuba, quae Polymestorem de aliqua re certiorem factura est, incipit: ἔστ', ὦ φιληθεὶς κτέ; sed aliquantisper deinde cunctantem et haesitantem Polymestor interrogat, quaenam res illa sit. Atque hac interrogatione commota Hecuba pergens rem ipsam nuntiat. Polymestoris autem verba sensu prorsus carerent, nisi eius animus voce ἔστι iam excitatus esset. Neque vero singularis verbi numerus ἔστι offensionem praebet, quod deinceps de uno modo thesauro Hecuba loquitur. — Quattuor igitur locis sch. Pind. apud Euripidem statuendum est et illud quidem, quod severum nominamus, quod singularis subiecti vis facile intellegi potest; item sch. P. ab auctore frg. adesp. 154 et a Sophocle in Trach. 520 adhibetur. Contra ab Aeschylo inter poëtas tragicos solus liberrimum schema adhibuisse videtur et id quidem, quoad nunc scimus, uno loco.

Platonis tria exempla attulimus verbi singularis schematis Pind. ratione pro plurali adhibiti: de republ. V, pag. 462 E (pag. 12), symp. p. 188 B (p. 16), quibus duobus locis constructiones κατὰ σύνεσιν perspicuae sunt, hic verbo postposito, ibi praemisso, Gorg. 100 D (p. 20), ubi ἔστι cum duali copulatum est. Quos locos si comparamus cum illis, quibus pag. 11 commemoravi remotiori subiecto gen. neutr. verbum accommodatum esse: Plato omnino duo modo verba ἔστι et γίγνεται cum verbo plurali (vel duali) coniunxisse videtur. Haec sermonis pedestris universi lex videtur esse; nam et Her. I, 16 atque VII, 34 et Luc. ev. IX, 28 eadem vidimus verba ἔστι et ἐγένετο adhiberi cum nomine plurali, cui vis singularis insit, coniuncta. Qua re nonnulli grammatici recentiores adducuntur, ut dicant in dialecto Attica tantum ἔστι (et ἦν) et γίγνεται cum nomine plurali copulari.

Ita Kuehnerus, gr. gr. II, § 425, 2 dicit: „Bei den Attikern hat sich diese Construction (das sch. P.) nur innerhalb sehr enger Grenzen gehalten, nämlich bei ἔστιν und ἦν und zwar nur zu Anfang eines Satzes, indem das Subject mit dem Prädikat in einen Prädikatsbegriff zusammengezogen dem Verb nachfolgt, so dass der Ausdruck eine persönliche Form annimmt, ganz wie das französische: Il est des homnes, il est cent usages qui u. dgl.“ At non video causam, cur negemus verbum succedere subiecto plurali, cui insit notio singularis, cuius rei documentum certum nobis traditum est loco Plat. symp. p. 188 B. Probari quidem videtur Kuehneri sententia locis Soph. Trach. 520, Arist. vesp. 58, Eur. Hec. 1000, Ion. 1146, Luc. Am. 12 (v. p. 44). Quod autem usus schematis Pind. negari vix potest Aesch. Pers. 50, Eur. Hel. 1358, Bacch. 1350, illa Kuehneri opinio non universae Atticae dialecti lex est. Sane concedendum est in sermone pedestri plerumque ἔστι et γίγνεται cum nomine plurali coniungi, quem eundem usum sequantur Sophocles et Aristophanes ll. cc. Cui quidem rei repugnat Thuc. III, 36 (p. 19), ubi singulare verbum vix tollendum erit, quod omnes fere et optimi cdd. praebent. At facile singularis verbi numerus hic explanari potest, si statuimus Thucididem in mente volvisse non αἱ νῆες, sed τὸ ναυτικόν, ita ut etiam hic constr. κατὰ σύνεσιν adhibita sit.

Schaeferus ad Plut. vol. V, p. 141, Buttmannus, gr. gr. II, § 129, a. 6, Kuehnerus II, § 425, 2 adn. ad schema Pindaricum etiam ἔστιν οἳ pertinere putant, qua in formula ἔστιν prorsus immutabile est et enuntiatum sequens modo adnuntiare videtur. Hoc fortasse ad usum verbi ἔστιν in sermone pedestri valere potuit. At illi formulae ἔστιν οἳ prorsus alia subest causa quam schemati Pindarico. Est enim exorta ita, ut ἔστιν ὅς paullatim una quasi vox fieret, cuius altera pars declinari posset; ita factum est, ut denique cum omnibus pronominibus relativis ἔστιν coniungeretur et indefiniti pronominis instar evaderet. Similiter in Homeri dialecto ὅτινα Χ, 450, ϑ, 208, ο, 395 ex ὅτι ortum est. — Cf. Krueger, Att. S. § 6, 1, 5, 3; Matthiae, § 482.

* * *

Ut summam huius expositionis faciamus, nostra sententia haec est:

Verbum singulare cum subiecto plurali gen. masc. vel fem. coniungitur:

1) si verbo proximum est subiectum singulare vel gen. neutr. plurale;

2) si ad verbi numerum valet nomen singulare (vel. gen. neutr. plurale) remotius quidem, sed aliquo modo vel vi ac notione vel collocatione praevalens;

3) schematis Pindarici ratione. Hoc neque ex mente scriptoris alicuius neque ex dialecto aliqua fluxisse potest. Causa prima in notione quaerenda est, quae enuntiati subiectum est. In ea nonnunquam inest vis quaedam singularis ita, ut facile auctor possit commoveri, ut constructione, quae dicitur κατὰ σύνεσιν, utatur. Haec sola et apud poëtas epicos eosdemque antiquissimos invenitur et apud Euripidem et Sophoclem. A nominibus illis collectivis, quae plurali numero adhibentur, etiamsi singularem habent notionem, ut κόμαι, φρένες, λαοὶ, σάρκες, fluxit consuetudo cum iisdem nominibus etiam verbum singulare coniungendi, ubi in iis non est vis singularis. Deinde hic usus latius se diffudit ita, ut verbum singulare cum aliis quoque nominibus pluralibus coniungeretur. Sed certos quosdam usus fines dicendi ratio eo statuit, quod verbum singulare postponi non potest nomini plurali, nisi eius notio singularis perspicua est. Saepissime et variis condicionibus schemate Pindarus utitur, liberrime Aeschylus et Archimedes. In sermone pedestri usus schematis tantum fere verbis ἔστι et γίγνεται (vel ἦν et ἐγένετο) contineri videtur.

## V.

Schematis Pindarici leges tractantes consulto, ut in praefatione exposui, praetermisimus locos, ubi ἦν cum nomine plurali gen. masc. vel fem. coniungitur. Nunc quaeritur, utrum hoc ἦν forma singularis sit an pluralis. Qua in quaestione ex veterum testimoniis horum maxime ratio habenda est:

1. **Heraclidis**

a. apud Eustath. ad υ, 287 (quod supra p. 2, 1, b attuli);

b. ibid. ad ξ, 212, pag. 1759, 32 R. ἀφ' οὗ Δωρικῶς Ἡσίοδος ἔφη τό, τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. Τὸ δὲ τοιοῦτον Ἡσιόδειον ἦν ποιεῖ, φησί (scil. ὁ Ἡρακλείδης), τὸ ἦσαν προσθέσει τοῦ σίγμα καὶ τοῦ ἄλφα.

2. **Herodiani**

a. περὶ σχημάτων, Walz, rh. gr. VIII, p. 605 (cf. p. 5, 3).

b. περὶ μονήρους λέξεως in Guil. Dindorfii gr. gr. I, 44. Ἦν· οὐδὲν ῥῆμα ὁριστικὸν ἑνικὸν πρῶτον πρόσωπον κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὁρᾶται πρῶτον πρόσωπον ἑνικοῦ καὶ τρίτον ἑνικοῦ, καὶ πρῶτον καὶ τρίτον πληθυντικοῦ, ὅτι μὴ μόνον τὸ ἦν. Ἦν γὰρ ἐγώ, Ἀττικοί λέγουσι, καί, ἦν ἐκεῖνος· καὶ πληθυντικῶς Σιμωνίδης ἐπὶ πρώτου προσώπου, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν· ἦν ἑκατὸν φιάλαι δίχα σφίσιν· ἀντὶ γὰρ τοῦ ἦμεν ἦν· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ κωφὸν δ' ἦν προπάροιθεν. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι ποικίλως ἄλλως λέγεται τὸ ῥῆμα.

c. apud Choeroboscum in Bekk. Aned. III, p. 1293. Ἔστι καὶ ἄλλως τοιαύτη ἀπολογία, ἣν λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ (id est ἦν) μονοβίβλῳ, ὅτι ἦν εὑρίσκεται πρώτου προσώπου ἑνικοῦ, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ

δίκαιος ὢν ἀνὴρ
κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν,

ἀντὶ τοῦ ὑνῆρχον. Εὑρίσκεται καὶ τρίτου προσώπου ἑνικοῦ, ἦν ἐκεῖνος· εὑρέθη δὲ καὶ πρώτου προσώπου πληθυντικοῦ, οἷον ἦν ἡμεῖς ἀντὶ τοῦ ἦμεν. Εἰκότως οὖν καὶ τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν οὐκ ἐνήλλαξις πρὸς τὸ ἴδιον πρόσωπον, ἀλλ' ἐγίνετο καὶ αὐτὸ ἦν διὰ τοῦ η̄, τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, ἀντὶ τοῦ ἦσαν, ἵνα ὥςπερ ἐν τοῖς ἑνικοῖς τὸ πρῶτον καὶ τρίτον ὁμοφωνοῦσι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πληθυντικοῖς τὸ πρῶτον καὶ τρίτον ὁμοφωνοῦσιν.

3. **Choerobosci** in Bekk. Anecd. III, p. 1293. Παραφυλαττόμεθα τὸ ἦν τρεῖς κεφαλαί, ὃν ἀντὶ τοῦ ἦσαν. Ἔστι γὰρ ἦμεν, ἦτε, ἦσαν, καὶ γίγνεται παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἦν τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν, καὶ ἰδοὺ ἐλλείπει μιᾷ συλλαβῇ τοῦ ἰδίου πρώτου πληθυντικοῦ, καὶ οὐ γέγονε πρὸς τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς τῆς μετοχῆς. Ἔστι γὰρ εἰς ἔντος ἡ μετοχή, καὶ

οφείλει τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν γενέσθαι ἓν διὰ τοῦ ε̄ · ἀλλ' ἐπειδὴ μονοσύλλαβός ἐστιν ἡ λέξις καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει ἄρχουσαν καὶ λήγουσαν καὶ παραλήγουσαν, τῷ λόγῳ τῆς ἀρχούσης ἐφυλάχθη τὸ η̄ καὶ οὐκ ἐγένετο τῷ λόγῳ τῆς παραληγούσης διὰ τοῦ ε̄.

4. **Eustathii ad P, 384, p. 1110, 51. (supra p. 3, 5, b.)**

5. Schol. in Soph. Trach. 518. Ἦν δὲ ἀμφίπλεκτοι κλίμακες] ἦν ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον. Ἡσίοδος· Τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί.

6. **Grammatici cuiusdem, περὶ συντάξεως, in Bekk. Anecd. I, p. 148, 4 et melius[21]) in Schweighaeuseri Appiano III, p. 17.** Ἦν · μετὰ πληθυντικοῦ ὀνόματος. Ἀππιανὸς ἐν τῇ Βασιλικῇ· ἔριδες ἦν.

7. **Anonymi, περὶ βαρβαρισμοῦ καὶ σολοικισμοῦ, Valck. Ammon. pag. 198.** Περὶ δὲ τοὺς ἀριθμούς (scil. σολοικίζουσιν)· ὡς παρ' Ἡσιόδῳ· τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί, ἀντὶ τοῦ ἦσαν.

8. **Manuelis Moschopuli,**

a. **περὶ σχεδῶν, ed. R. Stephani, Lut. 1545, pag. 175.** ΗΝ. Ποίου μέρους λόγου ἐστί; Ῥήματος. . . . . Παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς καὶ ἐπὶ τρίτου τοῦ πληθυντικοῦ ὡς παρ' Ἡσιόδῳ, τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί . . . Ὅτε δὲ ἐπὶ τοῦ τρίτου τοῦ πληθυντικοῦ ποιητικῶς, οὕτως, Εἰμί, τὸ ὑπάρχω · καὶ ὁ παρατατικός ἦν · ἡ μετοχὴ εἴς ἔντος· καὶ ἐκβολῇ τοῦ τυς, καὶ αὐξήσει τῆς ἀρχούσης ἦν· ὡς ἀπὸ τοῦ ἐγερθέντος τὸ ἤγερθεν καὶ ἀπὸ τοῦ τυφθέντος τὸ ἔτυφθεν . . . · ἃ καὶ ἀπὸ τοῦ ἠγέρθησαν καὶ ἐτύφθησαν . . . . . δύναται λέγεσθαι κατὰ συγκοπὴν τῆς σα συλλαβῆς, καὶ συστολὴν τοῦ η̄ εἰς ε̄, καὶ τοῦ τόνου μετάθεσιν.

b. **in Hesiodi Op. 147, Gaisford, poet. min. III, p. 111.** Τὸ ἦν ἀντὶ τοῦ ἦσαν, ὡς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἦν δὲ ἀμφίπλεκτοι κλίμακες· καὶ ἀπὸ τούτου γίνεται κατὰ συγκοπὴν τῆς σα συλλαβῆς.

**Omnia haec testimonia excepto grammatico sexto loco allato in unum locum quod spectant, in Hes. Theog. 351: Τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί, sive hunc afferunt, ut cum alio con-**

---

[21]) **Bekkerus post Ἀππιανὸς commate distinguit ita, ut ἐν τῇ Βασιλικῇ ἔριδες ἦν unius sint enuntiati.**

parant, sive de loco ipso loquuntur, aptissimus mihi videtur, quem omnium primum tractem.

Grammatici veteres inter se dissentiunt; alii, ut Heraclides, cuius auctoritatem Eustathius ad P, 384 et Anonymus sequi videntur, ἦν illud Hesiodeum singulare esse volunt itaque sch. P. statuunt, alii, ut Choeroboscus et cum eo Moschopulos, tertiam personam pluralis ἦν esse contendunt. Dubium est, utrum schol. ad Soph. Trach. 518 ἦν ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον dicens significare voluerit ἦν ipsum esse formam pluralem an pro plurali esse adhibitum; itaque nihil certi ex huius scholiastae testimonio potest elici. Herodianus sibi repugnare videtur. Constat enim in libro, qui περὶ σχημάτων inscribitur, l. c. putare illum ἦν singulare esse apud Hesiodum; nam sch. Pind. hic statuit. Contra in iis, quae Choeroboscus ex libro, quem de ἦν forma Herodianus[22]) scripsit, affert, et in libro π. μ. λ. ἦν illud Hesiodum plurale esse censet. Quae quomodo in unam redigantur sententiam, haud scio. Fortasse autem verba: καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί, ab interpolatore quodam, qui saepissime hunc locum ad sch. P. referri vidit, loco libri περὶ σχημάτων sunt addita. Quod ut pro certo habeamus, etiam eo commoveri possumus, quod Herodianus, περὶ Ἰλιακῆς πρωσῳδίας p. 223 Lehrs, postquam de formis pluralibus ἔδυν, ἔφυν disseruit, illum locum iis adiungit.

Grammatici recentiores et ipsi inter se non consentiunt. Valckenaer ad Her. V, 12; Buttmann, Ausführl. gr. Sprachl. I, p. 552, § 108; Krueger, A. Synt. § 43, 4, 4 et D. S. § 63, 4; Matthiae, § 303, 1 et 216; Jos. Foerstemann, de dialecto Hesiodea, diss. Hal. 1863, pag. 43; Wrobel, de anacoluthia, pag. 44 opinantur ἦν Hesiodeum lege schematis Pindarici singularem formam esse. Contrariam fert sententiam Goettlingius ad Theog. 183 plurale esse ἦν dicens; quem etiam recentissimi secuti sunt Kuehner, I, § 298, 1; Ahrens, de dial. Dorica, p. 226; Curtius, Verb. I, 148; Westphal, gr. Formenlehre II,

[22]) Ad eundem librum spectare videtur illud Herodiani ipsius: περὶ δὲ τοῦ, τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί, ἐν τοῖς περὶ ῥήματος ἐροῦμεν (περὶ Ιλιακῆς προσῳδίας, p. 223 Lehrs).

39; A. Rzach, der Dialekt des Hesiod (Fleckeisens Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. VIII, p. 456). Nos quoque horum sequimus sententiam ita, ut ἦν Hesiodeum plurale esse docere studeamus.

Duo nobis nota sunt exempla ἦν cum plurali coniuncti Hesiodea:

Theog. 321. τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί,

et ibid. 825. ἐκ δέ οἱ ὤμων ἦν ἑκατὸν κεφαλαί.

Vidimus hos duos locos inter se propinquos esse; nam utroque ἦν cum eodem nomine plurali et eo quidem numeris definito est conexum, utroque ἦν subiecto praecedit. Hoc nos commovere possit, ut sch. P. statuamus, praesertim si locos Herodoteos p. 13 allatos conferimus. At interest inter hoc et illud genus dicendi. Neque enim subiectum, quo Hesiodus utitur, in unam redigere notionem possumus; immo in plurali ipso his locis inest summa enuntiati, in numero definito vis praecipua est. Schematis liberrimum usum quominus statuamus locis Eur. Hec. 1000, Arist. vesp. 58, Plat. Gorg. 500 documentis usi, obstat, quod et a poëta epico ne ullo quidem loco liberrimum schema et ab Hesiodo ipso constructio κατὰ σύνεσιν bis adhibetur. Itaque ἦν Hesiodeum pluralem formam esse necesse est. Haec opinio eo probatur, quod ἦν Dorica forma pluralis est atque Hesiodus etiam alias formas Doricas adhibet easque quidem maxime in Theogonia. (Cf. Rzach, l. c. pag. 465). Quod ut doceamus, conferamus brevem terminationem accus. plur. declin. I in ᾰς Theog. 60 ἐννέα κούρᾰς, 267 Ἁρπυίᾰς et saepissime, gen. plur. decl. I in ᾶν Th. 41 θεᾶν, part. aor. act. δήσᾰς Theog. 531.

Ἦν autem pluralem formam esse Doricam ab Heraclide ap. Eust. ad ξ, 121 diserte dicitur. Cui Heraclidis sententiae repugnare quidem videtur eiusdem nota ad υ, 287; sed hic non suam, sed aliorum opinionem praebere voce λέγεται docetur. Quod Heraclides tradit, etiam certis locis confirmatur. Apud Epicharmum enim tam saepe inter pauca, quae nobis tradita sunt, fragmenta ἦν cum nomine plurali coniunctum est, ut ea de causa iam sch. Pind. statui non possit; nam invenitur in Epicharmi fragmentis:

1) ed. Lorenz pag. 232, 6 (Athen. VII, 286 b.)

Ἦν δὲ νάρκαι [καὶ] βατίδες, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρηστίες,
κἀμίαι τε καὶ βάτοι, ῥῖναι τε τραχυδερμόνες·

2) L. p. 234, 13 (Ath. VII, 309 d.)

Ἦν δ'ὑαινίδες τε βουγλώσσοι τε καὶ κίθαρος ἐνῆς.

3) L. p. 233, 10 (Ath. VII, 383 e, 288 b, 322 f.)

αἰολίαι πλῶτες τε κυνογλώσσοι τε, ἐνῆν δὲ σκιαθίδες.

4) L. p. 234, 15 (Ath. VII, 321, b-c.)

Ἦν δὲ σάργινοι [τε] μελανοῦροι τε καὶ ταὶ φιντάται
ταινίαι, λεπταὶ μὲν, ἁδεῖαι δέ.

5) L. p. 240, 12 (Ath. IX, 398 d et II, 65 b.)

Ἦν δὲ ἐρωδιοί τε πολλοὶ μακροκαμπυλαυχένες
τέτραγές τε σπερματολόγοι κἄγλααὶ συκαλλίδες.

6) L. 151, 1 (Ath. VII, 277 f.)

. . . . φάσσαι τε τοσσαῦται παρῆν
σκορπίοι τε.

7) L. p. 267, 40 (Diog. Laert. III, 12, 9.)

Ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆν τε χὐπέλιπον οὐ πώποκα,

ubi Ahrens, de dial. Dor. p. 327, recte παρῆν τε pro παρῆσαν restituit. Idem animadvertit, quam accurate Epicharmus ἦς et ἦν distinguat, illud cum singularibus, hoc cum pluralibus iungens; cf. frg. 2. Quae res et ipsa nobis documento esset sch. P. apud Epicharmum non posse statui, nisi etiam inveniremus causam schematis illis fragmentis deesse. Quattuor quidem locis ἦν antecedit nomini, ut liberrimum videatur schema adhiberi. Sed in frg. 6 παρῆν nomini plurali postpositum esse constat, quod idem in frg. 7 pro certo haberi potest; atque in frg. 3 ἐνῆν sine dubio etiam ad nomina praecedentia pertinet, quamvis in iis vis singularis non possit statui. Atqui si his locis sch. P. negandum est, cur illis statuamus, non est. — Praeter Epicharmum et Hesiodum Aristophanem quoque semel idem ἦν adhibuisse constat Lysist. 1260 in choro Laconum:

ἦν γὰρ τ'ὤνδρες οὐκ ἐλάσσως τὰς ψάμμας.

Potest hic locus ad P. referri et cum illo comparari, quod p. 19 commemoravi, Arist. vesp. 58. Quod autem hic consulto

dialectum Laconum imitatur Aristophanes, ἦν tertiam pluralis personam esse malumus. — Quibus ex omnibus rebus colligendum est ἦν pluralem numerum in dialecto Dorica esse et Eustathium ad P, 384 errore commotum locos Epicharmeos ad sch. P. retulisse.[23])

Quaeritur autem, quomodo hoc ἦν plurale formatum sit. Veteres iam nobis varios formationis modos tradiderunt, qui, quamquam hodie non possunt valere, tamen non praetermittendi sunt. Ac primum quidem Heraclides ap. Eust. ad ξ, 212 dicit ἦσαν ex ἦν Hesiodeo ita profectum esse, ut ἦν, quae et ipsa tertia persona pluralis sit, literis σ et α auctum sit; hic igitur ἦν formem priorem esse censet.[24]) — Deinde Herodianus apud Choeroboscum dicit ut in singulari primam et tertiam personam concinere, sic in plurali easdem personas, id quod existimat sufficere ad formam explicandam. Hoc quidem difficultates non auferre, nemo est, quin videat. — Tum Choerobosco auctore formam tertiae personae pluralis ἒν esse necesse est, quod semper par paenultimae syllabae participii genetivi, haec autem ἕντος sit. Quod vero ἒν una modo constet syllaba, quae eadem prima, paenultima, ultima sit, ratione habita primae, quae imperfecti semper augmentum teneat, ἦν ex ἕν exoriri. — Moschopulus denique eadem sententia utitur ac Choeroboscus: ex ἕντος participio elisione syllabae τος et augmento praefixo exortum esse ἦν. Hoc mirum participium, cuius genetivus ἕντος esse dicitur, nusquam quidem invenitur

[23]) Addere mihi liceat, quae Eustathius affert exempla Epicharmea, ea aliquantum confusa esse; ut ex Athenaeo enim intellegimus ἦν δὲ νάρκαι, ἦν δὲ ζύγαιναι ex alio loco (frg. 1) sumpta esse quam ἦν . . . . μακροκαμπυλαύχενες et τέτρακές τε . . . . συκαλλίδες, qui duo loci ad unum inveniuntur conexi apud Athenaeum (frg. 5). Itaque ordo verborum apud Eustathium mutandus est et scribendum: καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἦν δὲ νάρκαι, ἦν δὲ ζύγαιναι· καί, ἦν δ'ἐρωδιοὶ μακροκαμπυλαύχενες, τέτρακές τε κτέ. Error facile per scribam permutatione versuum potuit committi.

[24]) Errat Matthiae § 303, 1 in adnotatione dicens Eustathium ad ξ, 212 in illis, quae antecedunt nostro supra verbotenus allato loco, putare illud ἦν ex ἦον abbreviatum esse; nam Eustathius cum de ἦν plurali forma nusquam ipse loquitur, tum illo loco de ἦν prima persona disserit; dicit enim: ὅθεν (ἀπ' ἦα) τὸ ἦες καὶ ἦε· τὸ δὲ ἦον ἐπὶ πρώτου προσώπου ἐξαιρέσει τοῦ ο ἦν γίγνεται.

atque originem ducit ex comparatione formae ἦν cum tertia pluralis persona aoristi passivi breviore, ut ἤγερθεν. Atque in ea comparatione sola aliquid veri inest; nam et ἦν et ἤγερθεν eodem modo formata sunt, sane admodum aliter ac Choeroboscus et Moschopulus putant. — Hic alteram quoque fert sententiam: ἦν ex ἦσαν, ut ἤγερθεν ex ἠγέρθησαν, elisione syllaba σα formatum esse.

Etiam grammatici recentiores illud ἦν comparant cum formis ἤγερθεν pro ἠγέρθησαν, ἔδυν pro ἔδυσαν, ἔβαν pro ἔβησαν. Est autem sic forma ἦν pluralis exorta: Profecta est ex radice εσ cum augmento et terminatione breviore tertiae personae pluralis ν pro ησαν ita coniuncta, ut ἠσ-ν fiat; qua ex forma σ eliso ortum est ἦν. Producta vocalis augmento satis dilucida est, ut mirus videatur Kuehnerus I, § 210, 6 et § 298, 1, qui rem sic explanat, quasi, ne nimis obscura fiat brevi vocali, forma producta sit. Ceterum Kuehnerus sibi ipsi repugnat; quamquam enim in initio § 210, 6 dicit has formas in ν pro ησαν terminari, tamen deinceps et § 298, 1 ἦν ex ἦσ-αν exortum esse vult elisione σ literae.[25])

Cum igitur forma ἦν pluralis etiam legibus grammaticis respondeat eodemque modo exorta sit, quo ἔδυν et similes formae, putandum est illud ἦν in omnibus dialectis ita usurpari, ut illas breviores aoristi formas.

Apud Aeolenses Asianos ut nullum exemplum brevioris aoristi formae reperitur, si Ahrensio, de dial. Aeol. p. 144, § 26, 11, fidem habemus, ita nullum formae ἦν demonstrari potest. Sed etiam apud Boeotos forma ἦν non invenitur, quamquam breviores aoristi formas Boeotorum maxime proprias esse a veteribus traditur; cf. Ahrens, de dial. Aeol. p. 210, § 46, 4.

In dialecto Ionica ἦν tertia persona pluralis extra omnem dubitationem sublata est. Apud Aesch. c. Ctes. 60 et Plut. Cim. 9 (ed. Schaeferi II, p. 229, 27) invenitur epigramma (etiam Antholog. gr. append. 205 legitur):

---

[25]) Cf. Curtius, Verb. I, 148; Westphal, gr. Formenl. II, p. 102.

Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων
παισὶν ἐπ' Ἠιόνι, Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοάς,
λιμὸν τ' αἴθωνα κρυερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα
πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίαν.

Quem ad locum Coraes κατὰ Δωριέων διάλεκτον ἦν pro ἦσαν positum esse dicit.[26]) Idem putant Nauckius et Schneidewinus ad Soph. Trach. 520. At nihil loco invenitur, quod ullum vestigium dialecti Doricae indicit. Sed hunc locum Ionicum esse docet Kirchhoff, Herm. V. pag. 48sqq. In dialecto autem Ionica formae illae aoristi breviores haud inusitatae sunt, itaque etiam hic ἦν pluralem formam esse putare possumus, cui rei nihil fere obstare mihi videtur. Ut sch. P. statuamus, vix commovemur, quod notio singularis in subiecto non inest et, ut locus explanetur, ad liberrimum schematis usum confugiendum est, qui in dialecto Ionica non invenitur. — Her. V, 12 autem: ἦν Πίγρης καὶ Μαντύης, ἄνδρες Παίονες, ἦν pluralem formam esse putare non opus est. Ἦν hic singulare ad proximum nomen Πίγρης relatum esse iam Matthiae § 303, 1 intellexit. Hunc singularis verbi usum haud insuetum esse docetur aliis locis, quorum haec conferas:

Π, 844 . . . . σοὶ γὰρ ἔδωκε
Νίκην Ζεὺς Κρονίδης καὶ Ἀπόλλων, οἵ μ' ἐδάμασσαν.

Plat. Theag. p. 129 B. ὅτε ἀνίστατο ἐκ τοῦ συμποσίου ὁ Τίμαρχος καὶ Φιλήμων ὁ Φιλημωνίδου, ἀποκτενοῦντες Νικίαν,
ubi similiter appositionis loco duobus nominibus singularibus nomen plurale succedit.

Denique ad Atticam dialectum pervenimus. Ac primum quidem traditi sunt tres loci tragicorum, ubi ἦν cum nomine plurali est coniunctum:

Soph. Trach. 520.

τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων πάταγος,

---

[26]) Cf. Schaefer ad Plut. vol. V, p. 142. Is autem Coraem male intellexit opinatus eum ἦν singularem habere, quamvis ex testimonio Corais ipso contraria Schaefero sententia eruenda sit. Coraes enim dicit: Σημείωσαι τὸ ἦν ἐπὶ τοῦ πληθυντικοῦ ἦσαν τεταγμένον κατὰ Δωριέων, ὥς φασι, διάλεκτον.

ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
πλήγματα καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Eur. Ion. 1146.

ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιάδ' ὑφαί.

Eur. frg. 736, 3.

σπάνιον ἄρ' ἦν θανοῦσιν ἀσφαλεῖς φίλοι.

Ultimum locum, quam Schneidewinus et Nauckius ad Trach. 520 afferunt, non huc pertinere facile intellegendum est; nam ἦν praedicato σπάνιον singulari accommodatum est, de quo usu cf. pag. 20. — Soph. Trach. 520 quidem in choro invenitur, ubi etiam aliae formae Doricae adhibentur. At facile poëta hic, ut anacoluthiam adhiberet, compluribus ἦν sese excipientibus potuit commoveri. Hanc autem singularis formae causam esse non opinamur. Cum enim et eadem luctationis ratio etiam κλιμακισμὸς nominatur, et schol. ad h. l. singulari utitur notione, ut hanc luctationem significet, dicens: ἔστι δὲ εἶδος παλαίσματος ἡ κλίμαξ, satis mihi liquet etiam illo loco κλίμακες singularem notionem prae se ferre et sch. P. poëtam adhibuisse; praecedunt etiam huic plurali κλίμακες singularia nomina χερὸς et πάταγος. — Sch. P. quoque statuendum est Eur. Ion. 1146. Hoc loco agitur de velis pictis, quibus tentorium, quo Xuthi convivae convenerant, erat opertum. Primum pepli ab Hercule Amazonibus rapti, quod ad contegendum tentorium adhibitum erat, picturae textae, quae ad unam se consociant imaginem, amplis verbis describuntur. Hanc in imaginem quod versus noster spectat, ὑφαὶ singularem habet vim; interpretandus enim est versus: inerat autem textum picturis sic ornatum. In versu 1158 demum de velis, quae muros circumdant, dicitur:

. . . τοίχοισιν δ' ἔπι
ἤμπισχεν ἄλλα βαρβάρων ὑφάσματα.

— In Luciani Amor. 12: ἦν δ' ἱλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐνεστιᾶσθαι θέλουσι, re vera de compluribus κλισίαις, quae per silvam collocatae sunt, agitur. Quod vero κλισίαι ad ea nomina pertinere constat, quae plurali saepe adhibentur numero, etiamsi singularis sensus subest, ut Soph. Aiac. 191: ἐφάλοις κλισίαις, ubi de uno Aiacis tabernaculo dicitur, hic illud liberius sche-

matis genus statuendum est, quod in frg. dithyrambico 53 Pindarus adhibuit.

Grammaticus sexto loco supra allatus ex Appiano affert locum: ἔριδες ἦν, qui documento est aut sch. P. liberrimum etiam in sermone Attico pedestri verbo postposito adhiberi aut ἦν tertiae personae pluralem numerum esse. At ex grammatici illius verbis nihil certi collegi potest, utrum ἦν plurale sit an singulare; id modo intellegendum est illum mirari, quod ἦν cum nomine plurali hic coniunctum sit. Sed eundem locum et eum quidem pleniorem Suidas p. 14, 5 s. v. ἀψιμαχία affert: Ἀππιανός· Τὸ μὲν πρῶτον ἔριδες ἦν, καὶ ἀψιμαχίαι σμικραί, ubi non ἦσαν, quod editores recentiores exhibent, sed ἦν scribendum est, quod optimi cdd. praebent. Quin Appianus re vera ἦν adhibuerit, auctore illo grammatico usi vix dubitare possumus; at haud scio an ἦν non subiecto ἔριδες, sed praedicato τὸ πρῶτον sit accommodatum, ut notioni τὸ πρῶτον maior vis tribuatur.[27]) Hoc modo effugiemus omnes difficultates.

Neque vero plus ponderis habet enuntiatum καὶ κωφοὶ δ'ἦν προπάροιθεν allatum ab Herodiano, π. μ. λ. p. 45, ubi tamen in codice κωφὸν legitur. Locus enim sub finem valde corruptus mihi videtur. Herodianus exempla afferre vult verbi ἦν singularis primae et tertiae personae atque pluralis earundem personarum. Affert primum exempla, ut primam et tertiam singularis personam demonstret; deinde ex Simonide exemplum primae personae pluralis numeri, postquam praemisit hunc ita ἦν adhibere. Quod autem tum addit: ἀντὶ γὰρ τοῦ ἦμεν ἦν, quamquam iam idem antea aliis verbis dixit, opinor post haec verba aliquid excidisse, scilicet aliud exemplum primae personae pluralis. Id autem invenire nobis licet in enuntiato: καὶ κωφοὶ δ'ἦν προπάροιθεν, ubi etiam δ' post κωφοὶ aliquam offensionem praebet. Verborum igitur ordo hic erit: ἀντὶ γὰρ τοῦ ἦμεν ἦν καί, κωφοὶ δ'ἦν προπάροιθεν, i. e. hebetes autem eramus antea. Postremum exemplum tertiae personae pluralis τῆς δ'ἦν τρεῖς κεφαλαί affertur. κωφὸν, quod codex praebet, vix teneri potest, quod sub finem tantum exemplum personae pluralis exspectatur.

---

[27]) Cf. Schweighaeuser, Appian. III, pag. 902.

Apud Xenophontem etiam duo loci exstant, ubi ἦν cum nomine plurali coniunctum videtur: Xen. Cyr. exp. IV, 6, 2. ἡγεῖτο αὐτοῖς ὁ κωμάρχης . . . . . καὶ ἤδη τ'ἦν ἐν τῷ τρίτῳ σταθμῷ, et ibd. VI, 2, 10. ἦν ὑπερήμισυ τοῦ ἄλλου στρατεύματος Ἀρκάδες καὶ Ἀχαιοί. Sturz autem, lex. Xen. vol. II, p. 47, iam dixit: 'Possis etiam ἦν in priore loco ad κωμάρχην referre, in altero ad ὑπερήμισυ,' quod etiam nobis probatur. Altero loco res non mutatur, si recentiores scribunt ὑπὲρ ἥμισυ; nam hae voces una tamquam praedicativa notio ab auctore intellegi potuerunt.

## VI.

De schemate Alcmanico grammaticorum veterum haec[28]) testimonia accepimus:

1. Herodiani, περὶ σχημάτων, Walz, rhet. gr. VIII, 606, 7. Ἀλκμανικὸν δὲ τὸ μεσάζον τὴν ἐπαλλήλων ὀνομάτων ἢ ῥημάτων θέσιν πληθυντικοῖς ἢ δυϊκοῖς ὀνόμασιν ἢ ῥήμασι. Τέσσαρα δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ τοιαῦτα·

Ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος·

καὶ,

Ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι
Κωκυτός τε·

καὶ,

Εἰ δὲ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων·

καὶ,

Εἰ μὲν δὴ θάρσος μοι Ἄρης τ'ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη.

Πλεονάζει δὲ τοῦτο τὸ σχῆμα παρ' Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ · ὅθεν καὶ Ἀλμανικὸν ὠνόμασται. Εὐθὺς γοῦν ἐν τῇ δευτέρᾳ ᾠδῇ παρείληπται. Κάστωρ τε πώλων ὠκέων δαμάντορες ἱππόται σοφοὶ καὶ Πολυδεύκης κυδρός.

2. Lesbonactis, περὶ σχημάτων p. 179 Valck. Ἀλκμανικόν· ὡς τό, Πλάτων ἐπορεύθησαν καὶ Ἀριστοτέλης. Γίνεται

[28]) Omitto Schol. et Eustathii testimonia ad Σ, 515, quae sch. Alcmanicum quidem commemorant, id ipsum tamen non tractant, sed eius simile schema.

γὰρ δυοῖν ὀνομάτων μεταξὺ πίπτοντος πληθυντικοῦ ῥήματος· Ἔνθα μὲν εἰς κτέ· Εἰ δέ κ' Ἄρης κτέ.

3. Schol. ad Homeri[29])

a. E, 774. Dindorf I, p. 221. ὅτι τὸ κατ' ἀμφοτέρων ῥῆμα μεταξὺ τῶν ὀνομάτων τέταχεν· ἔδει γάρ, ἧχι ῥοὰς Σιμόεις καὶ Σκάμανδρος συμβάλλετον. Τούτῳ δὲ τῷ ἔθει πεπλεόνακε καὶ Ἀλκμάν· διὸ καὶ καλεῖται Ἀλκμανικόν, οὐχ ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἐχρήσατο, ἀλλ' ὅτι τοιούτῳ ἔθει πεπλεόνακεν. Τὸ δὲ σχῆμα προεπίζευξις· προθεὶς γὰρ ἓν ὄνομα (ἑνικὸν) δυϊκὸν (ῥῆμα) ἐπάγει (ἢ) πληθυντικόν, καὶ λοιπὸν ἀναπληροῖ τῇ ἀπαγωγῇ· ἡ μέν δὴ θάρσος μοι · ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα · εἰ δὲ κ' Ἄρης κτέ. Sch. Veneta.

b. Υ, 138. Dindorf II, p. 138 et IV, 237. Bekker p. 556. ὁ δὲ Ὅμηρος τὸ κατ' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων τιθέμενον ῥῆμα εἴωθέ ποτε, τὸ ἕτερον προτάξας ὄνομα, μεταξὺ τάσσειν· ἧχι ῥοὰς κτέ· καί, ἔνθα μὲν εἰς κτέ. Καὶ τούτῳ πεπλεόνακεν Ἀλκμάν, διὸ καὶ Ἀλκμανικὸν καλεῖται, οὐχ ὅτι πρῶτος αὐτῷ ἐχρήσατο. Sch. Venata.

τὸ δὲ σχῆμα καλεῖτο Ἀλκμανικόν · κατακορέστερον γὰρ αὐτῷ χρῆται ὁ Ἀλκμάν · ἔστι δὲ προεπίζευξις. Sch. Veneta altera.

c. κ, 513 Dindorf. τὸ ἑξῆς, ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε καὶ Κωκυτὸς ῥέουσι. Τὸ δὲ σχῆμα καλεῖται προδιεζευγμένον, ὅταν τὸ μεταξὺ δύο ὀνομάτων ἑνικῶν πληθυντικὸν τεθῇ ῥῆμα· τοῦτο καλεῖται Ἀλκμανικὸν οὐχ ὅτι Ἀλκμὰν πρῶτος αὐτῷ ἐχρήσατο, ἀλλ' ὅτι πολύ ἐστι παρ' αὐτῷ · οἷον, Κάστωρ ὠκέων πώλων ἐλατῆρες καὶ Πολυδεύκης · ὅμοιον δέ ἐστι τὸ σχῆμα · εἰ δὲ κ' Ἄρης κτέ · καὶ · ἔνθα ῥοὰς Σιμόεις κτέ.

Sch. Harleiana.

τοῦτο τὸ σχῆμα καλεῖται προδιεζευγμένον καὶ καθ' ὑπέρβατον, ὑπ' ἐνίων δὲ Ἀλκμανικόν· τὸ δὲ ἑξῆς, ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε καὶ Κωκυτὸς ῥέουσιν. Sch. Didymi.

4. Eustathii

a. ad E, 774, p. 606, 37 R. Τό, ἧχι κτέ, Ἀλκμανικὸν σχῆμα λέγεται, οὐχ ὅτι Ἀλκμὰν εὗρε τοῦτο, ἀλλὰ διότι ἐκεῖνος

---

29) Fons schol. ad E, 774 et Υ, 138 Aristonicus est; cf. Friedlaender, Arist. reliqu. pag. 144 et 299. De altera parte schol. ad E, 774, quam inde a verbis: Τὸ δὲ σχῆμα κτέ Aristonico non tribuit Friedlaenderus, sub finem huius capitis disseremus.

αὐτῷ ἔχαιρε μάλιστα, μέσον δύο ὀνομάτων τιθεὶς ῥῆμα τὸ μετ' αὐτὰ κεῖσθαι ὀφεῖλον · καλεῖται δὲ τὸ σχῆμα τοῦτο καὶ προεπίζευξις · τοιοῦτον καὶ τό, ἔνθα μὲν εἰς κτέ.

b. ad Υ, 137, p. 1200, 54. Ἰστέον δὲ ὅτι τό, εἰ δὲ κ' Αρης κτέ, σχῆμά ἐστιν Ἀλκμανικόν, ὡς ἤδη καὶ ἐν ἄλλοις προγέγραπται, οὐχ' ὅτι ὁ μελοποιὸς Ἀλκμὰν εὗρε αὐτό, ἀλλ' ὅτι Ὁμήρου εὑρόντος ἔχαιρεν ἐκεῖνος τῷ σχήματι · τινὲς δὲ γράφουσι ἄρχῃσι καὶ οὕτως ἐκφεύγουσι τὴν καινοτροπίαν τοῦ σχήματος.

c. ad κ, 513, p. 1667, 34. Ἰστέον δὲ ὅτι τό, Εἰς Ἀχέροντα κτλ, προδιεζευγμένον σχῆμα καλεῖται · ὅπερ ἐν ἄλλοις ἐῤῥέθη καὶ Ἀλκμανικὸν λέγεσθαι διὰ τὸ τὸν Ἀλκμᾶνα κατακόρως αὐτῷ χρᾶσθαι· οἷον· Κάστωρ ὠκέων πώλων ἐλατῆρε καὶ Πολυδεύκεις. Γίνεται δέ, ὅτ' ἂν τὸ μετὰ δύο λέξεις τεθησόμενον μεσολαβηθῇ μετὰ μίαν τεθέν· οἷον · ἐγὼ ἤλθομεν καὶ σύ, τὸ γὰρ ἤλθομεν μεσολαβεῖται δυσὶ λέξεσι, ὧν ὑστέρων τεθῆναι ὤφειλεν · ὡς καὶ ἐνταῦθα τὸ ῥέουσι μέσον κεῖται τοῦ Πυριγέθων καὶ Κωκυτός, ὀφεῖλον κεῖσθαι μετ' αὐτούς.

d. ad ξ, 217, p. 1762, 33. ὁ δὴ καὶ αὐτὸ Ἀλκμανικόν ἐστι σχῆμα κατὰ τό, Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι Κωκυτός τε.

5. Schol. ad Pind. Py. IV, 318. τῷ δὲ σχήματι τῆς ἑρμηνείας πλειστάκις Ἀλκμὰν κέχρηται· ἐπὰν γὰρ περὶ δυοῖν ποιῆται τὸν λόγον, τὸ ἕτερον ὄνομα προθεὶς περὶ ἀμφοῖν ποιεῖται τὸν λόγον, εἶτα οὕτω τὸ ἕτερον προςαποδίδωσιν, οἷον· Κάστωρ τε, πώλων τάχεων δμητῆρες, ἱππόται σοφοί, καὶ Πολυδεύκης κυδρός, καὶ Ὅμηρος· ἧχι ῥοὰς κτέ.

6. Suidae, I, 1 p. 230. s. v. Ἀλκμανικὸν εἶδος· ὅπερ πεπλεόνακε παρὰ Ἀλκμᾶνι τὸ κατ' ἀμφότερα ῥῆμα μεταξὺ τῶν ὀνομάτων τεταχέναι· καὶ παρ' Ὁμήρῳ· ἧχι ῥοὰς κτέ.

Schema Alcmanicum a schol. ad E, 774 et ab Eustathio ad eundem locum etiam προεπίζευξις nominatur; itaque praetermittere non possumus, quid de hac figura veteres nobis tradiderint. Quorum testimonia haec nobis sunt servata:

1. Phoebammonis, περὶ σχημάτων, Walz, rh. gr. VIII, p. 502, 16. Προεπίζευξις δὲ διαστολὴ δύο προσώπων ἐν παραβολῇ μέσου τοῦ περὶ αὐτῶν λόγου δυϊκῶς ἢ πληθυντικῶς ὑπὲρ ἀμφοτέρων

εἰρημένου, πρὸ τῆς θέσεως τοῦ ἑνὸς αὐτῶν· ὡς ἵνα λέγωμεν, ὁ δεῖνα τόδε ἐποίησαν καὶ ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα γενναῖοί εἰσι καὶ ὁ δεῖνα.[30])

2. **Anonymi**, περὶ σχημάτων, Walz, rh. gr. VIII, p. 662, 19. Καὶ ἔστι καὶ ἕτερον εἶδος παρ' αὐτῷ (scil. Ὁμήρῳ) σχήματος τὸ λεγόμενον προεπίζευξις· προθεὶς γὰρ ὄνομα ἑνικὸν ἓν ἐπάγει δυϊκὸν ῥῆμα ἢ πληθυντικόν· εἶθ' οὕτως ἐπάγει ἕτερον ὄνομα· οἷον.

Ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλεται ἠδὲ Σκάμανδρος·[31])

Ὤφειλε γὰρ κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς συντάξεως εἰπεῖν·

Ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλεται, ᾗ δὲ Σκάμανδρος.

3. **Eustathii** ad N, 588, p. 947, 56. Τὸ δέ, τὼ δ' ἄρ ὁ μὲν ἔγχεϊ ὀξυόεντι ἵετο ἀκοντίσαι, ὁ δὲ τοξεῦσαι, σχῆμα προεπιζεύξεώς ἐστι κατὰ τοὺς παλαιούς· φθάνει γὰρ ἐπιζεῦξαι τοῦ ποιοῦντας, εἶτα διαιρεῖ αὐτοὺς καθ' ἕνα, καὶ τοῦτο μὲν ἐν δυϊκῷ ἀριθμῷ· μετ' ὀλίγα δὲ Ἀτρείδης μὲν ἅμαρτε, Πείσανδρος δὲ οὔτασε. Μυρία δὲ τοιαῦτα παρά τε τῷ ποιητῇ καὶ παρ' ἄλλοις.

Quodsi e definitionibus, quas grammatici veteres afferunt, elicere velimus definitionem, quam nos sequamur, res vix bene cedat; nam illae satis obscurae plerumque et minus planae sunt. Itaque melius mihi videtur, quid de schemate Alcmanico senserint veteres, ex allatis ab iis exemplis colligere. Herodianus l. c. iam schematis Alcmanici exempla congessit haec:

Ε, 774. ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος.
Υ, 138. εἰ δὲ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων.
κ, 513. ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι Κώκυτός θ'.
ξ, 216. ἦ μὲν δὴ θάρσος μοι Ἄρης τ' ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη καὶ ῥηξηνορίαν.

Alcmanis fragmentum, quod Kirchhoff. Rhein. Mus. X, p. 405 sic restituit:

Κάστωρ τε πώλων ὠκέων δαμάντηρε,

---

30) Hunc in ordinem redegit verba et eam quidem rectam Ernestus ad Stephani Thesaurum linguae graecae s. v. προεπίζευξις. Cdd. praebent ὁ δεῖνα τόδε ἐποίησε καὶ ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα γενναῖοί εἰσι καὶ ὁ δεῖνα.

31) Sic Walz; sed ex rerum conexu liquet συμβάλλετον pro συμβάλλεται scribendum esse atque deinde, ut constructio usitata afferatur, comma ante ᾗ δὲ delendum ac non ᾗ δὲ, sed ἠδὲ exhibendum.

ἵπποτα σοφώ,
καὶ Πολυδεύκης κυδρός (Bergk³ frg. 12).[32])

Quod exemplum iis addit Lesbonax: Πλάτων ἐπορεύθησαν καὶ Ἀριστοτέλης, ab eo ipso formatum esse videtur; nam etiam ad alia, quae affert in libello suo schemata, primum exemplum a se ipso fictum exhibet, ut Λακεδαιμόνιοι πολεμεῖ Ἀθηναίοις, ubi de schemate Pindarico (cf. p. 20), Σωκράτης ἀπολογούμενός ἐστιν, ubi de schemate Chalcidiaco (pag. 179) loquitur. Item, ut rationem schematis, de quo agitur, explicet, Eustathius ad κ, 513: ἐγὼ ἤλθομεν καὶ σὺ affert.

Comparantes hos locos videmus et ubique subiectum ex duobus nominibus singularibus constare et praedicatum inter haec duo nomina in medio positum numero plurali vel duali esse, quamvis ad prius nomen praecipue spectare videatur. Quod autem praedicatum in medio ponatur, id ad naturam schematis pertinere plerisque veterum testimoniis probatur, cf. Herodiani (μεσάζον), Lesbonactis (μεταξὺ πίπτοντος πληθυντικοῦ ῥήματος), schol. ad E, 774 (μεταξὺ τῶν ὀνομάτων), ad Υ, 138 (μεταξὺ τάσσειν), ad κ, 513 (μεταξὺ δύο ὀνομάτων ἑνικῶν), Eustathii ad E, 774 (μέσον δύο ὀνομάτων τιθεὶς ῥῆμα), ad κ, 513 μεσολαβηθῇ μετὰ μίαν τεθέν), Suidae (μεταξὺ τῶν ὀνομάτων), Phoebammonis (μέσου τοῦ περὶ αὐτῶν λόγου). Itaque hanc proponere possumus definitionem, quacum etiam grammatici veteres alii aliis planioribus verbis consentiunt: Schema Alcmanicum esse figuram grammaticam (vel rhetoricam), e qua verbum vel nomen ad duo nomina spectans, quamquam priori nomini succedens huic artissime coniunctum et accommodandum esse videatur, tamen plurali sit numero. Cur autem illis locis pluralis verbi numerus, non singularis adhiberetur, neque veteres neque recentiores grammatici quaesiverunt. Quae igitur causa

[32]) Reliqui supra allati grammatici iisdem utuntur exemplis; sic sch. Alcmanicum E, 774 probatur praeter Herodianum schol. ad E, 774, Υ, 138, κ, 513; Eustathio ad E, 774, schol. ad Pind. l. c., Suidae, Anonymo l. c.; — Υ, 138 Lesbonacti, schol. ad E, 774, Υ, 138, κ, 513; Eustathio ad Υ, 138; — κ, 513 Lesbonacti, schol. ad E, 774, Υ, 138, κ, 513, Eustathio ad E, 774, κ, 513, ξ, 217; — ξ, 216 schol. ad E, 774, Eustathio ad ξ, 217. — frg. Alcm. schol. ad κ, 513, Eustathio ad κ, 513, schol. ad Pind. l. c.

schematis Alcmanici, sit nostrum erit quaerere; neque enim putare possumus usum illius schematis licentiam modo esse poëticam.

Antea autem commemorandum est usui schematis Alcmanici finem quendam definitum esse videri. Locos enim quos supra attulimus accuratius inspicientes mirabimur, cur subiecta modo personae aut fluvii sint, qui ab Homero ut personae inducuntur. Hoc ad naturam indolemque schematis pertinere facile se praebet opinio, quae probatur testimonio Phoebammonis, qui προεπίζευξιν sic definit, ut eam nominet διαστολὴν δύο προσώπων ἐν παραβολῇ μέσου περὶ αὐτῶν λόγου κτἑ i. e. disiunctionem duarum personarum, quibus additum est praedicatum duale vel plurale de utraque persona loquens in medio positum.

Etiam schematis Alcmanici causa quaerenda est in constructione quadam κατὰ σύνεσιν. Locis enim allatis poëta de duobus loquitur una vel simul idem facientibus; itaque dum priorem commemorat, animum iam ad alterum, qui cum illo idem facit, convertit et plurali vel duali verbi numero utitur. E, 774 res perspicua est, quod duo se coniungere flumina necesse est neque omnio unum flumen aquas confundere potest. Similiter κ, 513 Pyriphlegetho et Cocytus una in Acherontem se proiciunt, quod intellegitur ex versu 515:

πέτρη τε ξύνεσις τε δύω ποταμῶν ἐριδούπων.[33])

Neque minus poëtam Υ, 138 de duobus personis, quae una aliquid faciant, cogitasse docent subsequentes versus, ubi etiam numerus pluralis usurpatus est:

ἢ Ἀχιλῆ' ἴσχωσι καὶ οὐκ εἰῶσι μάχεσθαι,
αὐτίκ' ἔπειτα καὶ ἄμμι παρ' αὐτόφι νεῖκος ὀρεῖται
φυλοπίδος · μάλα δ'ὦκα διακρινθέντας οἴω
ἄψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων.

Sane Υ, 138 plurale verbum offensionem praebere potest, quod duo nomina particula ἢ disiunctiva conectuntur. At poëta plurali exprimere vult Iovem, qui hic loquitur, ignarum, uter proelium incepturus sit, utrum Mars an Apollo, tamen putare

[33]) Cf. Ameis-Hentze ad κ, 515.

fieri posse, ut uterque incipiat; itaque utrumque secum in mente recolens Juppiter plurali utitur verbo. — Si ξ, 216 verbum singulare adhibitum esset, θάρσος ad Martem, ῥηξηνορίαν ad Minervam spectaret. Sed prorsus alius subest enuntiato sensus; neque enim dubitare possumus, quin cum θάρσος tum ῥηξηνορίαν et ad Martem et ad Minervam spectet. Itaque verbum plurale adhiberi opus est, ut arta subiectorum coniunctio significetur. Etiam indicat καὶ ante ῥηξηνορίαν hoc nomen et θάρσος obiectum unius enuntiati esse. Sensus igitur est: Mars et Minerva communiter mihi animum et fortitudinem dent. — In Alcmanico quidem fragmento rem a Dioscuris communiter gestam demonstrare non possumus, quod verbum non servatum est. Sed res hic aliter se habet. Quoniam enim Dioscuri plerumque una agunt et rarissime modo seiuncti videntur, dualis appositionis, quae ad utrumque pertinet, numerus mirus videri non potest. — Secundum scholiastam etiam Pind. Py. IV, 179 sch. A. cernitur:

τὸν μὲν Ἐχίονα, κεχλάδοντας ἥβᾳ, τὸν δὲ Ἔρυτον.

Quod vero versus antecedens legitur:
πέμπε δ' Ἑρμῆς χρυσόραπις διδύμους υἱοὺς ἐπ' ἄτρυτον πόνον, sequentem pluralem κεχλάδοντας plurali διδύμους υἱοὺς iam effectum esse haud negandum erit. Deinde κεχλάδοντας eodem modo appositionis instar adhibitum est, ut in frg. Alcmanis δαμάντορε et ἵπποτα; κεχλάδοντας ἥβᾳ utriusque geminorum aeque proprium est.

Attamen non putare licet omnibus locis, ubi duo aliquid communiter vel una faciant, pluralem numerum adhibendum esse. Sunt enim, ubi praeter opinionem singulari numero utatur poëta, ut η 56.

Ναυσίθοον μὲν πρῶτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
γείνατο καὶ Περίβοια,

Pind. Py. IV, 126.

ταχέως δ' Ἄδματος ἵκεν καὶ Μέλαμπος,
εὐμενέοντες ἀνέψιον,

Eur. Supp. 144.

Τυδεὺς μάχην ξυνῆψε Πολυνείκης θ' ἅμα,

Eur. Alc. 617.
κἀκεῖνος ἔστι χὴ τεκοῦσά μ', Ἡράκλεις.[34])
Cavendum igitur est, ne nimio cum studio regulam ex schemate Alcmanico quandam eliciamns: semper in illa verbi positione numerum pluralem adhibendum esse, cum duo aliquid communiter faciant vel duorum aliquid commune commemoretur. Sane concedendum est his condicionibus aptissimum pluralis numeri usum esse, sive verbum antecedat sive succedat nominibus sive in medio ponatur. Astius quidem ad Platonis Phaedr. p. 370 contrariam ad opinionem pervenit, cum legem proposuit: si plures vel duo communiter aliquid facientes vel dicentes inducantur, singularem verbi numeri adhiberi. At supra pag. 18 iam docuimes H, 386, quo loco Astius opinionem suam fulcit, singularem verbi numerum proximo subiecto singulari effectum esse ita, ut Π, 844.

. . . σοὶ γὰρ ἔδωκε
νίκην Ζεὺς Κρονίδης καὶ Ἀπόλλων, οἵ μ' ἐδάμασσαν,

quem locum et ipse Astius affert; ibi vero nihil interest, utrum singularis an pluralis adhibeatur. Quam maxime autem Astii opinioni repugnare Alcmanici schematis exempla satis liquet.

Est igitur de usu schematis Alcmanici hoc statuendum: Adhibetur modo, cum duae personae vel res, quae personarum loco cogitantur, aliquid dicentes vel facientes inducuntur, et tum imprimis, cum poëta illas personas communiter aliquid facientes quam planissime exprimere vult.

Schema Alcmanicum a veteribus προεπίζευξιν nominari supra (p. 48) iam commemoravimus; nunc adiungimus id a scholiasta ad κ, 513 etiam προδιεζευγμένον καὶ καθ' ὑπέρβατον, ab Eustathio ad κ, 513 προδιεζευγμένον appellari. Neque vero ullam usus differentiam esse inter voces προδιεζευγμένον atque προεπί-

---

[34]) Similiter praeter opinionem praedicatum singulare adhibetur a Demosth. 45, 54.
Ἔστιν ἡ τούτου μήτηρ καὶ ὁ τῆς ἐμῆς γυναικὸς πατὴρ ἀδελφοί.
ab Eur. Iphig. Taur. 3.
Ἀτρέως δὲ παῖς Μενέλαος Ἀγαμέμνων τε
a Menandro, περὶ ἐπιδεικτ. (Walz, gr. rhet. IX, p. 329) τά τείχη Ἀπόλλων καὶ Ποσειδῶν κατασκευάσαι λέγεται.

ζεῦξιν, quibus idem fere subest sensus, et sch. Alcm. ex plerisque testimoniis colligendum est; nam promiscue ad eundem locum explicandum grammatici has voces adhibent, eademque utuntur definitione schematis Alcm. atque προεπιζεύξεως. At Eustathius ad N, 584 prorsus aliam ac nos praebet sententiam de schemate, quod προεπίζευξις dicitur. Versus enim N, 584 et sqq. sic leguntur:

τὼ δ'ἄρ' ὁμαρτήδην ὁ μὲν ἔρχει ὀξυόεντι
ἵετ' ἀκοντίσσαι, ὁ δ' ἀπὸ νευρῆφιν ὀΐστῳ
τοξεῦσαι.

Hic Eustathius vim schematis in eo esse putat, quod qui agunt antea coniuncti inducuntur (τὼ δ'ἄρ' ὁμαρτήδην), deinde disiuncti alter alteri rei operam dat (ὁ μὲν . . . ὁ δ' . . .). Statuendum autem est Eustathium valde errare. Nam schematis haec definitio ipsius opinioni repugnat, quam ad E, 774 affert, ubi ullam differentiam inter προεπίζευξιν et sch. Alc. non commemorat. Deinde etiam reliqui grammatici veteres inter se non dissentiunt de schemate utroque, cum utrique eandem vim tribuant. Etiam N, 548 valde distat a schemate Alcm., nam id ipsum, quod ad eius naturam pertinet, non cernitur, scilicet verbum duale vel plurale in medio positum. Itaque neque sch. Alc. neque προεπίζευξις hic statuenda est. Si vero sumimus latius patere vim ac notionem ἐπιζεύξεως, ita ut hac figura omnino duo subiecta exspectatione prius conectantur, Eustathio fortasse consentire possumus. Sed hanc vim in voce ἐπιζεύξεως esse nullo testimonio docetur.

Iam vero testimonium Anonymi (Walz, rh. gr. VIII, 662, 19) accuratius examinandum est. Quod ut melius cum scholio ad E, 774 comparari possit — nam verbotenus fere cum hoc consentit —, iterum hic utrumque locum afferam:

| Anonymi p. 662, 19. | Schol. ad E, 774. |
| --- | --- |
| Καὶ ἔστι καὶ ἕτερον εἶδος παρ' αὐτῷ σχήματος τὸ λεγόμενον προεπίζευξις· προθεὶς γὰρ ὄνομα ἑνικὸν ἓν ἐπάγει δυϊκὸν ῥῆμα ἢ πληθυντικόν· εἶθ' οὕτως ἐπάγει ἕτερον ὄνομα. | τὸ δὲ σχῆμα προεπίζευξις· προθεὶς γὰρ ἓν ὄνομα* δυϊκὸν* ἐπάγει* πληθυντικόν, καὶ λοιπὸν ἀναπληροῖ τῇ ἐπαγωγῇ. |

Hos locos si propius aspicimus, invenimus cum scholii verba sensu carere, tum Anonymum multo pleniorem textum praebere, cuius auxilio lacunae, quae in scholio statuendae sunt, resarciri possint; itaque supra pag. 47 locis his asteriscis signatis ἐνικὸν, ῥῆμα, ἤ in scholii textum recepimus. Quodsi de Anonymi fonte quaerimus, ipse dicit[35]) in priore opusculi sui parte ex Hermogene se excerpsisse, tamen inde a pag. 657, 25 alia quaedam schemata ab Homero adhibita ἰδίως composuisse. Huic ἰδίως quidem maior vis non tribuenda est, quod etiam aliis locis Anonymus eadem dicendi ratione utitur ac scholiasta; conferas

Anonymi p. 663, 7.

Ἰσόκωλόν ἐστι φράσις δύο ἢ καὶ πλειόνων κώλων ἀπηκριβωμένων ἀλλήλοις προς ἀντιστρόφου ἐμφέρειαν.

Schol. ad H 93 (Dind. I, 255).

ἔστιν δὲ τὸ ἔπος ἰσόκωλων, ὅπερ ἐστὶ φράσις δύο ἢ πλειόνων κώλων ἀπηκριβωμένων ἀλλήλοις πρὸς ἀντιστρόφου ἐμφέρειαν.

An. p. 663, 22.

οὐ γάρ τις φειδὼ γίνεται τοῖς τεθνεῶσι νέκυσι χαρίζεσθαι · παρὰ (?) γὰρ τὸ μέλι (scribendum est μειλισσέμεν), ἐπεὶ γλυκεῖα ἡ χάρις.

Schol. ad H, 409 (Dind. III, 335).

οὐ γάρ τις κτλ.... χαρίζεσθαι · τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ μειλισσέμεν, ἐπεὶ γλυκεῖα ἡ χάρις.

Ex scholiis autem ipsis, qualia nobis servata sunt, Anonymus vix hausisse potest; nam non modo loco, de hic agitur, multo pleniorem textum praebet, sed etiam pag. 664 multo fusius de eadem re disserit quam schol. ad Θ, 185, ita ut scholium potius ex Anonymo excerptum esse videatur; ad eundem fontem quin hi loci redeant, nemo dubitabit, si confert

Anonymi p. 664, 3 sqq.

Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτε μήποτε αἱ δύο ὀνομασίαι ἐπίθετα, καὶ αἱ δύο ἕτεραι ὀνόματα

Schol. ad Θ, 158 (Dind. I, 278).

κἂν συνάπτηται δέ, τὸ ψυχρὸν ἐκεῖνο οὐ δύναται νοεῖσθαι, ὅτι δύο μέν ἐστιν ἐπίθετα,

[35]) Cf. p. 657, 22: καὶ ταῦτα μὲν τῶν παρ' Ἑρμογόνει σχημάτων· εἰσὶ δέ τινα ἕτερα σχήματα παρ' Ὁμήρῳ, ἅπερ ἰδίως ποιησόμεθα.

ἵππων κύρια, ἀλλ' ἡ συνθήκη τοῦτο νοεῖν οὐ συγχωρεῖ· .... (15) οἱ δὲ συμπλεκτικοὶ σύνδεσμοι ἐν τοῖς ὁμοίοις εὑρίσκονται ὡς ἂν χωρίζωσιν αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων ....

δύο δὲ κύρια, ἐπεὶ οἱ σύνδεσμοι παρακείμενοι χωρίζουσι αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων.

Atqui priores partes scholiorum ad E, 774 (usque ad verba τῷ τοιούτῳ ἔθει πεπλεόνακεν · cf. p. 47) et ad Θ, 185 (usque ad verba, quibus locus a nobis allatus incipit) Friedlaenderus[36]) ad Aristonicum revocat. Non autem est, cur alterae partes a prioribus divellantur, quibuscum artissime coniunctae sint, neque eidem Aristonico tribuantur. Sed valde dubitandum est, num huius gramatici liber Anonymo, qui multo inferioris aetatis sit, praesto fuerit. Equidem conicio Anonymum neque ex scholiis neque ex Aristonico ipso illud, quod de schemate προεπιζεύξεως dicit, hausisse, sed ex alio schematum libello nobis non servato, qui similiter ac schol. Aristonici librum excerpsisset, sed scholiis pleniorem textum praeberet.

Ut finem huius dissertationis faciam, perpauca modo addenda sunt, quomodo singuli poëtae schemate Alcmanico utantur. Eustathius ad Υ, 137 dicit Homerum id invenisse; quam sententiam absurdam esse constat. Ceterum schema Alcm. nihil alieni habet, quoniam constructio modo κατὰ σύνεσιν est, quam usurpare poëta nunquam dubitaverunt. Homerus autem quattuor locis sch. Alcm. adhibet. — Saepissime tradunt veteres Alcmanem schemate usum esse, quam ob rem Alcmanicum nominatum sit. Quamvis autem, ut creberrimum Alcmanis usum significet, schol. Venet. alter ad κ, 513 voce κατακορέστερον, Eustathium ad eundem locum voce κατακορῶς utatur: tamen unum modo exemplum eius poëtae exstat. — Ex Pindari operibus unum quoque locum novimus, ubi sch. Alc. usurpatum esse dicitur, Py IV, 179. Sed videtur, quod praecedenti nomini plurali hic participium accommodatum esse negari non potest, Pindari usus artis finibus contineri. —

[36]) Aristonici reliqu. p. 114 et 142.

Schematis Alcmanici usum etiam ab oratione pedestri haud alienum esse docetur loco Paus. V, 11, 2.
Νιόβης τοὺς παῖδας Ἀπόλλων κατατοξεύουσι καὶ Ἄρτεμις,
qui locus legibus a nobis constitutis non repugnat; nam etiam Apollo et Diana communiter Niobes liberos interficiunt.

# Vita.

Oscarus Wilpert natus sum Leobsitii anno huius saeculi LIII a. d. III Nonas Decembres patre Josepho, quem anno LXVI praematura morte mihi ereptum esse maximopere doleo, matre Stephania e gente John. Prima institutione imbutus sum in schola urbana Leobsitii; tum eiusdem oppidi gymnasium frequentavi primum v. ill. Henrico Kruhl, deinde, postquam hic diem supremum obiit, v. ill. Augusto Waldeyer directore. Testimonio maturitatis impetrato mense Novembri anni LXXIII universitatem litterarum Vratislaviensem adii et ibi per quattuor semestria scholis interfui virorum illustrissimorum Elvenich, Heidenhain, Foerster, Hertz, Neumann, Reifferscheid, Rossbach, A. Schultz, Stenzler. Deinde in universitatem litterarum Lipsiensem me contuli et lectiones audivi v. ill. Curtius, Heinze, Lange, Overbeck, Ritschl, Zarncke. Postquam Lipsiae per duo semestria studiis operam dedi, mense Octobr. a LXXVI Vratislaviam redii et scholas v. ill. Elvenich, Neumann, Reifferscheid iterum frequentavi, praeterea scholis v. ill. Junkmann, Ludwich, Partsch, Weinhold interfui.

Omnes praeceptores et studiorum meorum fautores pio gratoque animo semper mihi colendi erunt, imprimis autem Foerstero, viro illustrissimo, magnam semper habebo gratiam, qui studiis meis comiter adfuerit.

# Theses.

I. Hor. carm. III., 4, 9 **fabuloso** pro **fabulosae** legendum est.

II. Lycurg. c. Leocr. 50 (Reiske p. 175) in verbis ἐλευθερίαν ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν εἶχον e textu ἐν amovendum est.

III. Pindari carmina, quae ἐνθρονισμοὶ a Suida nominantur, ad Cybeles cultum pertinent.

IV. Franzius (in diss. de verbo apud Graecos coniuncto cum neutri generis subiecto plurali, Bonn. 1875) non recte originem figurae generis neutrius imprimis ad adiectivorum et pronominum pluralium usum revocat.

V. Pseudo-Sallustii oratio et epistola ad Caesarem senem de re publica non ab eodem auctore compositae sunt.

VI. Animae facultates non tres, sed duae tribuendae sunt, intellegendi et appetendi.